elegit cū ſeptē filiis q̄s ipſa ad marty
riū monuit ⁊ induxit crudelit vitā fi
nire q̄ꝫ contra legē carnes mādūcare
porcinas. Sic Katherina: ſic Lucia.
ſic Cecilia. ſic Agnes. ſic reliq̄ue tādē
vgines magis elegerūt ad mortē ten
dere q̄ꝫ a ſuo ſpōſo xp̄o viuētes diſ

cedere. O nequā ⁊ ſubdola excuſa°
eoꝝ q mortaliter peccāt aſſerētes id
facē ꝓpt humanū timorē. Nūqd cūꝫ
dei adiutorio nō pōt a volētib⁹ ſuꝑa
ri? Eiuſdē qppe nature cui⁹ ⁊ nos ſu
mus fuerūt ſancti ⁊ ſcē i qb⁹ human⁹
timor locū nō habuit. Eſt ali⁹ timor
q dr mūdan⁹ q naſcit a cōcupiſcentia
ſuoꝝ. Et eſt qn̄ aliqs nimis timet ō re
bus ſuis quo ſit vt magis qs velit ꝑ
dere deūꝫ q̄ꝫ hec mūdialia bona. Iſte
timor fuit i iudeis cū occiderūt xp̄m
Dicebāt eni vt ſcribit Jo. iz. Si di
mittim⁹ eū ſic oēs credēt i eū ⁊ veni
ent Romani ⁊ tollēt locū noſtrum ⁊
gentē. ❡ Terti⁹ timor dicit vtuoſus q
naſcit a grā. Et ſi a grā gratis data
dicit timor ſeruilis. Si a grā inchoa
ta dr timor iicialis. Si a grā cōſūma
ta dr timor filialis. ❡ Timor ſeruilis ē
vt ait Augu. cūꝫ ꝓpt timorē gehenne
hō abſtinet a pcco. Et de hoc timore
dic. d. Boñ. di. 34. ētii lib: i. qꝛ ē donū
ſpūs ſci: qꝛ vt dicit Augu. quē allegat
mgr i lrā. Bonus eſt timor ſeruilis
⁊ vtilis ꝑ quē ſit paulati cōſuetudo
iuſticie. Inſuꝑ ſicut donū dei eſt noſ
ſe ſiue credē penas futuras ꝑ eo qꝛ ē
ibi q̄daꝫ cordis illumiatio ⁊ directio
ſic donū dei ē illas penas eťnas refu
gere ⁊ timere ꝑ eo qꝛ ex tali dono ē
quedā cordis illumiatio ⁊ flux⁹ cōcu
piſcētial reſtrictio ⁊ i h quedā recti
ficatio. Sꝫ poſſet aliqs cōtra h obii
cere ſic. Oē donū ſpūs. ſ. pōt ſtare cū
ſpū ſcō: qꝛ ſpūs. ſ. n̄ repugnat ſuis do
nis: ſ qn̄. ſ. ſ. infundit tūc timor ſeruil
expellit: ſic. d. Augu. quē mgr allegat
in textu. Ergo timor ſeruilis nō ē do
nū. ſ. ſ. Rūdet. d. Boñ. qꝛ dona. ſ. ſ. ſūt

de coꝛpe impii vermes ſcaturirēt ac
viuētes in doloꝛibꝰ carnes eiꝰ afflue
rēt: odoꝛe etiā illius ac fetoꝛe exerci
tus grauaref. Et q paulo āte ſydera ce
li tangere: abitrabaf cū nemo poſſet
ꝓpf intolerātiā fetoꝛis poꝛtare. In
doloꝛibꝰ aūt ſuiſ dicebat. Juſtum eſt
ſbditū eſſe deo ⁊ moꝛtalē non paria
ſentire de deo. Igif homicida ⁊ blaſ
phemꝰ peſſime ꝑcuſſus: ⁊ ut ipſe alioſ
tractauerat ꝑegre i mōtibꝰ miſabili
obitu vita defūctꝰ eſt vt hēf. z. Ma
chabeoꝝ. 9. Nō valuit ſe defēdē cō
tra deū Herodes agrippa cū ſuis ō
litijs de quo refert Euſebiꝰ i. z. ecle.
hiſtoꝛie li. ⁊ Joſephꝰ. 9. liº. Antiqta
tū. ꝙ cū regnaſſet tribꝰ annis i impio
iudeoꝝ venit Ceſariā ciuitatē q̄ pꝰ
Turriſ ſtratiōis appellabaf vbi i ho
noꝛē Ceſaris ſpectacula oibꝰ edidit.
Ad quā ciuitatē maxia nobiliū ciuiū
qꝫ multitudo ↄuenerat. Secūda vͦo
ſpectaculoꝛū die indutꝰ veſte fulgēti
miſabiliſ auro ⁊ argēto cōtexta: inci
piēte die ꝓcedit ad theatrū vbi cum
pꝛimos ſolis radios argentee veſtis
gremio ſuſcepiſſet rꝑcuſſio ſplēdori
duplicatā ſpectātibꝰ lucē fulgoꝛ me
talli vibꝛātiſ effudit: ita vt intuētibꝰ
ꝑſtringeret aciē froꝛis aſpectꝰ. ⁊ p h̄
plus aliqd de eo q̄ꝫ humana nā ē ar
tifex arrogātia metiref. Illico g̃ ad
ulātis vulgi ↄcrepāt voces honoꝛeꝫ
ſonātes hinc atqꝫ illinc deū acclamāt
Pꝰ paululū vͦo moꝛtiferā coꝛde paſ
ſionē ſuſcipiēs ⁊ vehemēt vtri doloꝛe
ꝑcuſſus cū feſtinatiōe a ſuis ad rega
lia poꝛtaf q̊s ipſe reſpiciens dicebat.
Heu ego veſter deꝰ ducoꝛ ad moꝛtē
Pꝰ qnqꝫ vͦo dies nimio vētris doloē

cōſectus vita ꝓuatꝰ ē. Quid dicam
de Herode aſcalonita! Quid ō Dio
cliciāo ⁊ Maximiāo. Quid ō Domi
tiano! Quid de Herode! Quid de
niqꝫ de oibꝰ ꝑſūptuoſis ⁊ arrogātibꝰ
pccoꝛibꝰ q̊s dei manꝰ hūiliauit! Lon
gum certe eēt ſinguloꝝ exempla recē
ſere. Idcirco nullꝰ in ſeipſo cōfidē de
nō in deliciis: nō in pulchꝛitudine: nō
in foꝛtitudine: nō in dñio: nō vtiqꝫ in
q̊cūqꝫ tꝑali ꝑſidio. Ab oibꝰ timēdus
eſt deus: qꝛ pōt oēs etiā tꝑalif aſpa
diſciplina caſtigare. Tertia ratio
quare timēdus eſt deꝰ dr̄ dānatiōis
Ipſe nāqꝫ ut diximꝰ i ſuꝑioꝛibꝰ dam
nabit iniquos eternis ignibꝰ crucian
dos. Et licet dānatio iniquoꝛū mala
ſit eis quos affligit: verūtñ bona eſt i
q̄ꝫtū pꝛouenit a iuſticia dei oꝛdinata
ad malos puniēdos. Jō ut rōnes ꝑ
tacte bñ cōcludūt deꝰ merito ē a nob
timendus.

De multiplici timoꝛe ⁊ ſufficientia
eius ⁊ q̊lif pōt homo i timoꝛe deficē
aut pꝛoficere peccare vel mereri.

Caplm. zi

Secūdū myſteriū declarādū
dicif diſtinctio. Ut eni colli
gif ex dictis magiſtri i. z. diſ.
34. triplex timoꝛ pōt diſtigui. Pꝰ dr̄
naturalis. Zꝰ vitioſus. Zꝰ dr̄ vͦtuo
ſus. Pꝛimꝰ timoꝛ dr̄ naturalis qui
oꝛif ab ipſa natura quo q̄libet timet
naturalif quelibꝫ cōtraria atqꝫ noci
ua. Qui timoꝛ nō ē meritoꝛiꝰ nec de
meritoꝛiꝰ. Hic timoꝛ fuit in xp̄o ō q̄
dr̄ Math. z6. Cepit Jeſus pauere ⁊
tedere. ⁊ meſtꝰ eſſe. Secūdꝰ timoꝛ
dr̄ vitioſus q naſcif a cōcupiſcētia.
⁊ h̄ duplicif: qꝛ aut a concupiſcentia

ſui aut a cōcupiſcētia ſuoꝝ. Si a con
cupiſcētia ſui: dr̄ timoꝛ hūanꝰ ſi a cō
cupiſcētia ſuoꝝ vocaf timoꝛ mūdanꝰ
Timoꝛ humanꝰ ē cū aliqs timet plus
debito coꝛpi ſuo. Hic ꝓhibef Math
. io. ex vͦbo xp̄i. d. Nolite timere eos
qui occidūt coꝛpus. Et Joh. iz. Qui
amat aiam ſuā ꝑdet eam. ⁊ ſumif ibi
aīa p vita: ſicut etiā ſumif Math. z
Joh. io. ⁊ in pleriſqꝫ ſcripture ſacre
locis. Pꝛo hoc timoꝛe cohibēdo. d.
Jo. Criſoꝰ. xi. q. z. c. nolite timē. No
lite timere eos qui occidūt coꝛpus ne
foꝛte ꝓpf timoꝛē moꝛtis nō libē di
catis que audiſtis. Jō nō excuſanf q
vͦitatē quā ꝑdicare tenēf tacēt timo
re deuicti. Non excuſaf Petrꝰ q tali
timoꝛe negauit dñm xp̄m. Non excu
ſanf. deniqꝫ q peccāt ꝓpf timoꝛē alicꝰ
ꝑſonalis nocumēti: qꝛ vt. d. Augꝰ. i li.
ō ci. dei. ⁊ ponif. xz. q. 5. c. ita ne. Po
tius debet qs quelibꝫ mala tolerare
q̄ꝫ malo cōſentire. Et de h̄ dr̄. xi. q. z.
. c. Lotariꝰ. Nec etiā occiſoꝛes coꝛpiſ
ſūt timēdi cōtra iuſticiā hoies ipellē
tes. Sūt ō h̄ exēpla martyrū ⁊ vͦgi
nū alioꝝqꝫ amicoꝝ dei q potiꝰ moꝛi
elegerūt q̄ꝫ negare xp̄m: aut facē cōt
bonos moreſ. Sic Suſanna paſſa eſt
potiꝰ falſo crimine accuſari cōdēna
riqꝫ ad moꝛtē: q̄ꝫ libidinoſis ſenibꝰ in
adulterio cōſentire: ut habef Daniel
iz. c. Sic ſcā illa vidua tꝑe Antiochi ꝑ
elegit cū ſeptē filijſ q̊s ipſa ad marty
riū monuit ⁊ iduxit crudelif vitā fi
nire q̄ꝫ contra legē carnes mādúcare
poꝛcinas. Sic Katherina: ſic Lucia.
ſic Cecilia. ſic Agnes. ſic relique tādē
vͦgines magis elegerūt ad moꝛtē ten
dere q̄ꝫ a ſuo ſpōſo xp̄o viuētes diſ

cedere. O nequā ⁊ ſubdola excuſaº
eoꝝ q moꝛtaliter peccāt aſſerētes id
facē ꝓpf humanū timoꝛē. Nūqd cuꝫ
dei adiutoꝛio nō pōt a volētibꝰ ſupa
ri! Eiuſdē qppe nature cuiꝰ ⁊ nos ſu
mus fuerūt ſancti ⁊ ſcē i qbꝰ humanꝰ
timoꝛ locū nō habuit. Eſt aliꝰ timoꝛ
q dr̄ mūdanꝰ q naſcif a cōcupiſcentia
ſuoꝝ. Et eſt qñ aliqs nimis timet ō re
bus ſuis quo fit vt magis qs velit ꝑ
dere deuꝫ q̄ꝫ hec mūdialia bona. Iſte
timoꝛ fuit i iudeis cū occiderūt xp̄m
Dicebāt eni vt ſcribif Jo. iz. Si di
mittimꝰ eū ſic oēs credēt i eū ⁊ veni
ent Romani ⁊ tollēt locū noſtrum ⁊
gentē. Tertiꝰ timoꝛ dicif vͦtuoſus q
naſcif a gr̄a. Et ſi a gr̄a gratis data
dicif timoꝛ ſeruilis. Si a gr̄a inchoa
ta dr̄ timoꝛ īicialis. Si a gr̄a cōſūma
ta dr̄ timoꝛ filialis. Timoꝛ ſeruilis ē
vt ait Augꝰ. cuꝫ ꝓpf timoꝛē gehenne
hō abſtinet á pccō. Et de hoc timoꝛe
dicif. d. Boñ. di. 34. ꝑtij libꝛi. ꝙ ē donū
ſpūs ſci: qꝛ vt dicit Augꝰ. quē allegat
mgr̄ i lrā. Bonus eſt timoꝛ ſeruilis
⁊ vtilis ꝑ quē fit paulati cōſuetudo
iuſticie. Inſuꝑ ſicut donū dei eſt noſ
ſe ſiue credē penas futuras ꝓ eo ꝙ ē
ibi q̄daꝫ coꝛdis illumiatio ⁊ directio
ſic donū dei ē illas penas et̄nas refu
gere ⁊ timere ꝓ eo ꝙ ex tali dono ē
quedā coꝛdis illumiatio ⁊ fluxꝰ cōcu
piſcētial reſtrictio ⁊ i h̄ quedā recti
ficatio. Sꝫ poſſet aliqs cōtra h̄ obij
cere ſic. Oē donū ſpūs. ſ. pōt ſtare cū
ſpū ſcō: qꝛ ſpūs. ſ. ñ repugnat ſuis do
nis: ſꝫ qñ. ſ. ſ. infundif tūc timoꝛ ſeruil
expellif: ſic. d. Augꝰ. quē mgr̄ allegat
in textu. Ergo timoꝛ ſeruilis nō ē do
nū. ſ. ſ. Rñdet. d. Boñ. ꝙ dona. ſ. ſ. ſūt

in mĺtiplici differētia: q̇dā nāq̨ do
nū ē a. ſ.ſ. ſ̄ n̄ cū. ſ.ſ. q̨ ꝑpat ad ſpm̄
ſalutis: ⁊ tale donū ē timoꝛ ſeruilis.
Quoddā donuꝫ ē a ſpū.ſ. ⁊ cū.ſ.ſ. q̨
ꝑ ipſū ꝯſecrat̄ h̄itaculū.ſ.ſ. ſic ē do
caritatꝭ. Q̇dā v̄o ē donū qḋ ē a.ſ.ſ
⁊ al'n cū .ſ.ſ. ⁊ al'n ſn̄.ſ.ſ. ſic donuꝫ qḋ
ē ad.ſ.ſ. māifeſtationē. ⁊ ē oꝛdinatuꝫ
nō ſolū ad ꝓpꝛiā ſ̄ etiā ad alienā vti
litatē: ſic donū ꝓph̄ie ⁊ donū ſcīe: q̄
aliqñ in bonis: aliqñ ī malis repiri ha
bēt. Cū g̃ dr̄ ꝙ donū.ſ.ſ. cōpatit̄ ſecū
ſ.ſ. dicēdū ꝙ iſtud habet inſtantiā in
ſecūdo dono: qḋ oꝛdinat̄ ad h̄itatio
nē.ſ.ſ. ꝓpandā. Eſt alius timoꝛ ꝓue
niēs a grā inchoata q dicit̄ initialis:
q ē cū ꝑfecta caritate: q̨ ꝑ hūc timo/
rē timet puniri aliqs ⁊ timet a deo ſe
pari quē iā amat: ſ̄ timoꝛ ſepationis
ꝑncipalioꝛ ē. ¶ Ali⁹ ē timoꝛ filialis q ē
cū caritate ꝑfecta quo qs cauet offen
ſam pr̄is celeſtis: ſicut bon⁹ filius etiā
ſi ſciret ex illa offēſa nihil mali ſibi ac
cidē. Sꝫ vtinā hoīes mūdano ⁊ hūa
no timoꝛe poſtpoſito modicū de illo
ſeruili timoꝛe tenerēt. Sꝫ ve mundo
a ſcādalis: q̨ nō ē timoꝛ dei añ oclòs
hoīuꝫ: nō filialis: nō inicialis: nō vtiq̨
ſeruilis. Perpetrāt qppe mala letan
tes: ⁊ gl'iantes: ridētes: ⁊ ꝑuipēden/
tes t̄ribilia iudicia dei. Quis aiūt ho
die populi pc̄coꝛes poterit nos offen
dere? qd nob̄ mali aut nocumēti pōt
euenire? Et ſi qñ audiūt pc̄coꝛes com
minātē irā ⁊ indignationē dei videt̄
cis audire ſomniū aut fabulā. O fa/
tuitas rep̄henſibil' o ꝑſūptio deteſta
bilis nō timere deū. Nā in diluuio ꝑ
iere gygātes eo ꝙ deū timē noluert
¶ De vſu timoꝛis q ē in pr̄ia q dicit̄
timoꝛ reuerētialis. ¶ Capl'm.3.

T
Ertiū myſteriū declarādum
dr̄ duratio. Uidēduꝫ nāq̨ ē
ſi in pr̄ia vbi ſcī viuūt ī ꝑpe
tua pace qete ſecuritate ⁊ leticia erit
aliqs timoꝛ dei. Et h̄ ꝓpt̄ v̄ba ꝓh̄e
d. Timoꝛ dn̄i ſanctus ꝑmāet ī.ſ.ſ. Et
ꝯmiſſis obiectiōib⁹ audiēda ē ſnīa. d
Boñ q ꝑfata.24. di. t̄tij li. dicit ꝙ ti
moꝛis ē facē tria. videlꝫ. Penā ut fu
giat. Offenſionē vt ipſā caueat. Ma
ieſtatē ſūmā vt illi ſubiaceat exhibe/
at debitā reuerētiā. Et ſm̄ h̄ triplex
eſt doni timoꝛis differētia. Un⁹ tioꝛ
eſt q ꝑncipalit̄ reſpicit penā: ⁊ iſte eſt
ſ̄uilis vt ſupius dc̄m ē. ¶ Ali⁹ v̄o qui
vnū oculū habet ad penā: ſ̄ tn̄ ꝑncipa
lioꝛē habet ad offenſam vitandā. Et
hic eſt inicialꝭ. ¶ Terti⁹ aūt q vnū ocu
lū hꝫ reſpectu offenſe vitāde: aliū re/
ſpectu reuerētie exhibēde. Et hic eſt
filialis. Cuius tn̄ vſus ſit ī refugien/
do vt ſeparet̄ a deo: excellētioꝛ tamē
⁊ magꝭ ꝑcipu⁹ vſus ē ī reuerēdo deū
⁊ in reſiliēdo a ſūmo maieſtate ꝑ ꝓ/
pꝛiā prauitatē. Et hic qdē vſus fuit
in xp̄o de q̄ dr̄ Jſa.xi. Requieſcet ſuper
eū ſpūs timoꝛis dn̄i: ⁊ ē in ſcīs angel':
⁊ erit ī oīb⁹ btīs q etiā noīari poteſt
timoꝛ reuerētialis. Et q̄tū ad iſtum
oculū ⁊ vſū māet donū timoꝛis ī pa/
tria. Q̄tū v̄o ad alios inferioꝛes tol
litur: q̨ iſti cōpetūt ei ſ̄m ſtatū īꝑfecti
onis. Quia v̄o remanet ei vſus ꝑnci/
palis hinc ē ꝙ nō dicit̄ euacuari: ſed
magis ꝑfici ⁊ ſaluari. hec Boñ. Ergo
vt iqt. pſal. Beatus vir q timet dn̄m
q̨ timoꝛ dn̄i expellit pc̄c̄m. Eccl.ꝑ.c.
Et q timēt dn̄m ꝑpabūt coꝛda ſua: ⁊
in cōſpeū illi⁹ ſcificabūt animas ſuas
Eccl.2.c. Qui timet deū faciet bona
Eccl.15.c. ⁊ vt Hiero. inquit in ep'lis
Timoꝛ v̄tutū cuſtos ē ſecuritas ad la
pſū facilis. Ergo ꝓcuret vnuſqſq̨ ti
mere deū vt ſic illū collaudet ⁊ b̄ndi
cat q timētib⁹ ſe largit̄ in pn̄ti grām:
⁊ in futuro gl'iam in q̄ oēs ſcī exhibe
būt ei cū gaudio timoꝛē ⁊ reuerētiaꝫ
ꝑ infinita ſecula ſeculo:ū. Amen.

¶ Feria tertia p⁹ dn̄icā in qnq̄geſima
De ieiunio ad qḋ pertinētes debent
animari. ¶ Sermo.17.

C
Onuertimini ad me in toto
coꝛde v̄ro in ieiunio ⁊ fletu
⁊ plāctu. Dei vinētꝭ ad pec/
catoꝛes v̄ba ſūt iſta oꝛiginalit̄ Joel.
2.c. Prope iā eſt ſcē q̄drageſime de/
uotiſſimū tp̄s in q̄ ſcā mater eccl'ia cū
ctos fideles inducit ad pniam hoꝛta
turq̨ maxie vt cōmiſſas culpas ieiu/
nando abluāt ⁊ expurgēt. Uerūtamē
vt Hiero. d. ad Palmach. ⁊ Ocea
Quoꝛū de⁹ vēter ē cultū nolūt amāe
ieiuniū. Sūt nōnulli q ieiunia ſpernūt
ieiunare nolūt: irridēt ieiunātes: ⁊ qḋ
his deterius eſt de ieiunio falſa ꝑdi/
cāt ⁊ loquūt̄. Aiunt eni ad nihil foꝛe
vtile ieiuniū: neq̨ deo g̃tū ſtomachū
affligē fame abſtinēq̨ a cibis q̊s de⁹
creauit ad vtēdū neq̨ ſapiētis ē: aut
boni viri eſſe dicunt vt ſe fame mace/
rando coꝛp⁹ velit pūnē añ tp̄s. Qua
ꝓpt̄ in h̄ ſermōe de ieiunij laudibus
verba facē arbitrat⁹ ſū ꝑutile ac ne/
ceſſariū. Nā ad illud ꝑ os ꝓph̄e Joel
inuitat nos.ſ.ſ. vt pꝫ in v̄bis p̄miſſis ī
themate. Jn qbus de ieiunio tria my
ſteria ꝓponūt̄ cōtēplanda.
¶ Pꝛimū dr̄ diſtinctio.
¶ Secūdum inſtitutio.
¶ Tertiū cōmēdatio.

¶ De mĺtiplici ieiunio ⁊ qd ē ieiuniū
ꝓut eſt pars penitentie ſiue act⁹ ſa/
tiſfactionis. ¶ Capl'm.i.

P
Rimū myſteriū cōtēplandū
ḋ ieiunio dr̄ diſtinctio. Ut.n.
pōt colligi ex dictis Alex. in
4. volūie ſūme. ⁊ Ric. in. 4. di. 15. tri
plex eſt ieiuniū. ¶ Pꝛ̄o dr̄ nāle. ¶ 2o gn̄a
le. ¶ 3o ſpāle. ¶ Pꝛimū ē ieiuniū nāle
cū qs nō ꝯmedit ī nocte nec mane cū
ſtatim ſurgit de lecto: nec ī loco: aut
tp̄e q̄ edē nō licet niſi vrgēte necita/
te. Tale ieiuniū non ē meritoꝛiū: q̨ in
his q̄ inſūt a nā nec laudāt̄ nec vitu/
perāt̄: vt pꝫ ex.2. ethi. ¶ Secūdum
eſt ieiuniū gn̄ale: qñ.ſ. abſtinem⁹ a pec
catis ⁊ ab offenſione dei. Et ḋ h̄ inqt
Augꝰ. ſup Jo. ⁊ ponit̄ de cōſe. di.5. c.
ieiuniū. Jeiuniū magnū ⁊ gn̄ale ē ab/
ſtinere ab iniqtatib⁹ ⁊ ab illicitis vo
luptatibus ſeculi. Et de h̄ loqt̄ Pius
papa de cōſe. di.5. c. nihil. d. Nihil ꝓ
deſt hoī ieiunare ⁊ orare ⁊ alia bona
religionis agē niſi mēs ab iniqtate ⁊
ab obtrectatiōib⁹ lingua cohibeat̄.
Glo. v̄o ſup. d. c. ī v̄bo ꝓdeſt. dic̄ ad
vitā etnā: vt ḋ pe. di.2. c. opponit̄. c.
Si qs aūt. Tn̄ ⁊ nos declarauim⁹ ad
qd valēt bona opa ī moꝛtali pc̄c̄o fa
cta. De ieiunio etiā iſto gn̄ali Amb°
ī omel'. di.86. ſic loqt̄. Quid ꝓdeſt ie
iunare viſcerib⁹ ⁊ luxuriari venatib⁹
abſtinere a cibis ⁊ errare pc̄c̄is! An
putatis illū ieiunare frēs q ꝑmo dilu
culo nō ad eccl'iam vigilat nō btōꝛuꝫ
martyrū ſcā loca ꝑquirit: ſed ſurgēs
cōuocat ſeruulos diſponit retia cães
cōducit ſaltus ſyluaſq̨ ꝑluſtrat! De
h̄ ſiquidēꝫ ſic loquit̄. Greg⁹ in omel'.

q̈dragēſime. Incaſſū caro attCrit ſi a
prauis voluptatib⁹ aīus nō̄ refrenat.
Hiero. etiā de h̄ ſic ſcribit. Tūc p̄cla-
ra eſt apud deū abſtinētia corpis cū
aīus ieiunat a vitijs. ¶ Tertiū ē̄ ieiu
niū ſpāle: qd̄ ſic Alex. diffiniuit in. 4.
ſūme. Ieiuniū eſt abſtinētia a cibo ⁊
potu ſm̄ formā eccl̄ie intuitu ſatiſfaci
endi: vel vitādi pcc̄m: vel acqrēdi vi
tā eternā. Ex q̈ diffinitione habet ꝙ
māle in ieiunio ē̄ abſtinē a cibo ⁊ po
tu ſm̄ formā eccl̄ie. Formale v̇o vt id
bono aīo ⁊ recta intētiōe fiat. Pro-
pterea ieiunātes cū intētiōe corrupta
⁊ vitioſa ⁊ deprauata dānāt a xp̄o
q̄ ait Math. 6. c. Cū ieiunatis nolite
fieri ſicut hypocrite triſtes. extermināt
eni facies ſuas: vt ap. ho. ie. Amē di-
co vobis: q꜡ receperūt mercedē ſuam
Tu. a. cur. ie. vn. ca. tu. ⁊. f. t. la. ne. vi.
ho. ie. ſ. p. t. qui ē i ab. Et. p. t. q. vi. i.
ab. red. t. Ieiuniū ḡ hypocritaꝝ infru
ctuoſū ē: q꜡ deficit i eo rō formalis v̇
tuoſi ieiunij. Ieiunātes v̇o cū itētiōe
recta ad reprimēda vitia carnis: ⁊ ad
ſatiſfaciēd deo v̇tuoſe: facē ꝯprobāt
qm̄ ſm̄ Tho. 2ª. 2. q. 147. Abſtinen^a
h̄ mō cōſiderata ē ps ſbiectiua tpan
tie: ⁊ habet rōnē timoris.

¶ De inſtitutōe ieiunij q̈dragēſimal
⁊ q̈tuor tpuꝫ aliorꝫ ieiuniorum.

S Ecūdū myſteriū ¶ Cap. 2.
p̄ncipale dr̄ inſtitutio. Poſ
ſum⁹ eni diſtinguē triplex ie
iuniū ab eccl̄ia inſtitutū. videlꝫ. ¶ p̄ᵐᵘ
dr̄ q̈dragēſimale. ¶ 2ᵐ tpale. ¶ 3ᵐ pti
culare. ¶ Primū eſt ieiuniū q̈drageſi
male qd̄ cōgrue inſtitutū ē adhuc tri
plici rōne. ¶ p̄ rōne tpis ¶ 2ᵒ numeri.
¶ 3ᵒ termi. ¶ p̄ qdē rōne tpis q̈drage
ſimale ieiuniū ē cōueniēt tpe veris i
ſtitutū. p̄ rōne trāſgreſſiōis primorū
parentū q̄ peccarūt in vere ſm̄ Alex.
in. 2. volumīe ſūme. Et ſi dicēt vn̄ p-
bari poſſet ꝙ tps veris fuit illud in q̄
peccauit Adā. Ego rn̄deo ꝙ h̄ colligi
pōt ex quadā hyſtoria quā memi me
legiſſe Rome i q̈dā Iſidori ethy. li. ſc
exn̄ti i bibliotheca d̄ ara celi. Qd̄ iō
dico: q꜡ i alijs libris eiuſdē Iſidori h̄
nō videri. Dr̄ ḡ ibi ꝙ p⁹ aſceſiōnē dn̄i
ſaluatoris apl̄i occupati i p̄dicatione
euāgelij nihil de obſeruātia paſce: q̄
ſ. die celebrari deberet tradē potue-
rūt. Cū v̇o ipſi ex h̄ mūdo trāſiſſent
p vniuerſū orbeꝫ diuerſa introducta
fuere ieiunia: ⁊ oīs Gallia vnū diem
anni id eſt octauo kal̄. apl̄ paſca te
nebāt. Orientales v̇o ſicut hyſtoria
Euſebij ceſarienſis narrat q̄cunq dīe
mēſis martij luna. 14. veniſſet paſcā
celebrabāt. In italia aūt alij plenos
q̈draginta dieſ ieiunabāt. Alij vigiti
alij dicebāt octo dies i qb⁹ mūd⁹ cō
cludit ſibi ſufficē ieiunare. Alij q꜡ dn̄s
q̈draginta dieſ ieiunaſſet: alij q̈dragi
ta horaſ abſtinē d̄berēt. Cū he taleſ
obſeruationes p ſingulas pꝛuīcias te
nerēt Rome meror erat ſacerdotib⁹
vt vbi erat vna fides diſſonarēt ieiu
nia. Tūc papa victor Romane vrbis
ep̄s dixerit vt daret auctoritatē ad
Theophilū Ceſarie Paleſtine ep̄m: q꜡
tūc in ierl̄ima eccl̄ia metropolis dice-
bat vt inde paſcalis ordinatio pueni
ret: vbi xp̄s in carne fuiſſet verſatus
Accepta itaq auctoritate Theophi
lus tātū opus ſibi iniūctū cōſiderans
nō ſolū ſue p̄uīc: ſ ⁊ aliaꝝ puinciaruꝫ
q̄plures ep̄os ⁊ viros ſapientes ad
cōcilium cōuocauit. Cūq grādis illa
multitudo eruditiſſimorū viroꝝ fuiſſꝫ
in vnū collecta ptulit Theophil⁹ ep̄s
auctoritatē ad ſe directaꝫ: ⁊ qd̄ erat
ſibi iniūctū patefecit: tūc parit oēs illi
viri docti dixerūt: primū nob̄ dic qd
a nobis petis. Theophilus dixit eis.
Quē diē primū creditis i mūdo crea
tū? Et cōcordarūt oēs de dn̄ico. The
ophilus ep̄s dixit. Quo h̄ pbare po-
teſtis? Rn̄derūt illi ex auctoritate di-
uine ſcripture que ait. Factū ē mane ⁊
veſpe dies prim⁹. deinde. 2. deinde. 3.
4. 5. 6. Septim⁹ in quo qeuit de⁹ ab
oī ope ſuo quē diē ſabbatū appella-
uit. Cū ḡ ſabbatū dies ſit nouiſſimuſ
qs pōt eē prior niſi dn̄ic⁹. At Theo-
philus acceptauit. Sꝫ iterū interroga-
uit. De tpe qd vob̄ videt? Quatuor
eni tpa i āno accipiūt. Uer Eſtas Au
tūn⁹ ⁊ Hyems. Qd̄ ḡ tps credimus
primū factū? Ep̄i rn̄derūt. ver. Theo-
philus. d. Probate qd̄ dicitis. Et illi.
Habemuſ ſcripturā q̄ ait. Germinet
t̄ra herbā virētē ⁊ afferentē ſemē ſm̄
genus ſuū: lignūq pomiferꝝ faciēs fru
ctū: ⁊ h̄ tpe veris videm⁹ fieri. Theo
dixit. Uerū ē. tn̄ qm̄ trib⁹ mēſib⁹ v̇is
tps accipit quo loco mūdus cepit eē
in p̄ncipio medio vel i fine? Ep̄i rn̄de
rūt. In equinoctio. i. octauo kal̄. apl̄
Theo. dixit. pbate qd̄ dicitis. at illi
Ex ſcriptura dicēte. Fecit de⁹ lucem
⁊ vocauit diē: fecit tenebras: ⁊ voca
uit noctē: ⁊ diuiſit de⁹ lucē a tenebriſ
Theo. dic. Ecce de die ⁊ tpe pbaſtis
de luna qd vobis videt? Quō dici-
tis fuiſſe creatā creſcētē: an plenā: an
minuentē? Ep̄i rn̄derūt. plenā. d. ſcri-
ptura. Fecit de⁹ duo lumiaria magna
⁊ poſuit ea in firmamēto celi vt luce
rent ſup t̄rā. Lumiare mai⁹ vt p̄eſſet
diei: ⁊ luminare min⁹ vt p̄eſſet nocti.
Et cū tali inueſtigatiōe i illo concilio
ſtatuerūt paſca nō debē celebrari an̄
xi kal̄. apl̄. Multaq alia ordinaue-
rūt ad paſce celebritatē pertinentia.
Quare clare ptꝫ ꝙ primi pentes tpe
veri i p̄ncipio mūdi q̄ i padiſo t̄reſtri
fuerunt collocati dn̄ū cōtēpſerūt p̄-
ceptū. Et iō tali tpe xp̄s mortuuſ ē ⁊
in carne cū hoīb⁹ cōuerſat⁹. ¶ 2ᵒ tēp⁹
veris cōueniēs fuit q̈dragēſimali ie-
iunio: q꜡ tūc maxīe inſurgūt ⁊ inuale-
ſcūt mot⁹ carnales. ¶ 3ª rō ē ppt me-
moriā dn̄ice paſſiōis q̄ celebrat i v̇e.
Nā vt īqt Aug. i8. li. de ciui. dei. c.
55. Mortu⁹ eſt xp̄s. 8. kal̄. apl̄. ¶ 2ᵒ
ieiuniū q̈dragēſimale ē cōueniēt iſti
tutū rōne numeri dierū. Nā numero
q̈dragenario inſtitutū ē: q꜡ deo tene-
mur reddē decimas. ⁊ decia ps dieꝝ
āni ſūt. 36. dies. ⁊ q꜡ tenemur ſatiſfa-
cere p trāſgreſſiōe decalogi ſm̄ ior-
dinationē q̈tuō affectionū ſupaddūt
4. dies. ad deſignādū ieiuniū purga-
tiuū eſſe inordinatiōis q̈tuor affectio
nū. Et oīa h̄ colligūt ex dictis Greg
i. c. q̈drageſima. d̄ cōſe. di. 5. Propt̄ea
numer⁹ ille q̈dragenari⁹ ē penalitatl
⁊ afflictiōis. Quadragīta eni diebus
⁊ q̈dragita noctib⁹ pluit de⁹ aq̄s di-
luuij i penā mūdane corruptiōis. vtꝫ
Gen̄. 7. c. Quadragita ānis p deſtuꝫ
vagauerunt filij iſrl̄. vbi mali afflicti
ſūt ⁊ mortui: ⁊ alij p illā pegrinatiōꝫ
meruerūt: vt ptꝫ i li⁹ numeroꝝ. Qua
dragita dieb⁹ ieiunauit Moyſes vt
legeꝫ dn̄i mererēt accipe: ſicut ſcribit
Exo. 24. Quadragita dies dati ſūt

niniuitis ad penitēdū ſicut nōt Jone.
3. Quadraginta diebꝰ Helyas pegri
natꝰ ē vſqꝫ ad montē dei oꝛeb. 3. Re.
19. Quagragita diebꝰ xp̄s ieiunauit
in deſto. Mat. 4. Quadragita die/
bus ſtetit pꝰ reſurrectionē an̄q̄ celū
aſcēderet. Act. i. c. Jō ſm hūc numeꝝ
q̄dragenariū dieꝝ q̄dragesimale ieiu
niū ē inſtitutū. De q̄ ſic cātat eccl'ia.
Lex ⁊ pp̄he ꝓmitꝰ h̄ ꝑtulerūt pꝰ mod
xp̄s ſacrauit oiuꝫ rex atqꝫ factoꝛ tē/
poꝛū. ¶ 3ᵒ ieiuniuꝫ q̄dragesimale fuit
ꝯueniēt iſtitutū rōne t'mi: qꝛ intpo/
nat i nō ꝯtinuū determiatū ad tp̄s nō
ꝑpetuū. qd factū ē ſ'm Alex. in. 4. Tū
ppt humāe īfirmitatis debilitatiōeꝫ
Tū ppt faſtidiū ꝯtinue afflictiōis: tū
ppt ānihilationē deuotiōis: nā cōti/
nuū ieiuniū ⁊ ꝑpetuū debilitas hoīs
ſuſtinē nō poſſet: ſ3 illū diſcrimi diſ/
ponēt. faſtidiū afflictōiſ nimis fatiga
ret ⁊ īpatiētiā inducēt: ⁊ deuotio ie
iunādi ꝑiret. Si auteꝫ q̄reret q̄re die
dn̄ica nō ieiunamꝰ. Rn̄det Alex. qꝛ h̄
fit in memoꝛiā leticie dn̄ice reſurrecti
onis. dr̄ eni i dcreto. c. ieiuniū. de ꝯſe
di. 3. Jeiuniū dn̄ice diei ⁊ qnte ferie ne
mo celebꝛare debꝫ: vt int' ieiuniū xp̄i/
anoꝝ ⁊ gētiliū ⁊ v'acit' credētiū ⁊ in/
fideliū atqꝫ hereticoꝝ vera ⁊ nō fal/
ſa diſcretio habeat'. hec ibi. Tp̄e tn̄ q̄
dꝛagesimali dieb'ꝰ dn̄icis abſtinemꝰ a
carnibꝰ ⁊ lacticinijs vt ieiuniū noſtrū
cōfoꝛme ſit ieiunio xp̄i quātū ꝯgruit.
¶ 2ᵒ ꝑncipalit' iſtitutuꝫ fuit ieiunium
tp̄ale. ſ. q̄tuoꝛ tp̄uꝫ ab eccl'ia de q̄ ſic
d. Caliſtꝰ. papa. 76. di. i. c. Jeiuniū. qꝛ
ter i āno apud nos celebꝛāe didiciſti
cōueniēt'iꝰ nūc ꝑ q̄tuoꝛ tp̄a fieri dcer
nimus: vt ſic ānꝰ ꝑ q̄tuoꝛ voluit' tp̄a:

ſic nos q̄ternū ſolēne agamꝰ. ieiuniū
ꝑ q̄tuō āni tp̄a. Aſſignat' v'o a docto
ribꝰ rō q̄re i iſtis q̄tuoꝛ tp̄ibꝰ ieiunāꝰ.
videlicꝫ vt emēdemꝰ q̄ i iſtis tp̄ibus
pcc̄a cōmiſimꝰ. Et fiūt ꝑ tres dies vt
ſatiſfaciamꝰ in die qd deliq̄mꝰ i mēſe
⁊ fiūt i feria q̄rta: qꝛ tūc dn̄s a Juda
traditus fuit. Jn ſexta qꝛ crucifixꝰ. Jn
ſabbato qꝛ iacuit in ſepulchꝛo: ⁊ tri/
ſtes fuerūt ap̄li de nece dn̄i. ¶ 3ᵒ inſti
tutū ē ab eccl'ia ieiuniū ꝑticulare. ſ. in
vigilijs q̄rūdā feſtiuitatū. Nā vt ſcri
bit Jo. beleth. Mos fuit antiq̄tꝰ vt i
ꝑcipuis feſtiuitatibꝰ ſcōꝛū hoies cum
vxoꝛibꝰ ⁊ filiabꝰ ad eccl'iam venirent
⁊ ibi cū lumiaribꝰ ꝑnoctarēt: ſ3 qꝛ mlt'
ta adulteria i his vigilijs fiebāt: ſta/
tutū fuit vt vigilie i ieiunia ꝯuerterē
tur. Nomē tn̄ antiquū retentū ē: quia
nō ieiunia ſed vigilie appellāt'.
¶ De laudibus ieiunij qd v'bis ⁊ ex
emplis ꝯmēdat' ab oibꝰ ſcis tā vetis
q̄ꝫ noui teſtamenti. ¶ Capl'm. 3.
Ertiū myſteriū cōtēplādum
de ieiunio dr̄ ꝯmēdatō. Nā
licet multa ſint qbꝰ ieiunium
⁊ abſtinētia cōmēdari poſſet: tn̄ lau/
dēs eiꝰ accipiemꝰ a tribꝰ ¶ p̄ a gētilibꝰ
⁊ ph̄is ¶ 2ᵒ a pr̄ibꝰ ⁊ pp̄his ¶ 3ᵒ a do
ctoꝛibꝰ ⁊ ſcis. ¶ p̄ accipimꝰ laudes ie
iunij ⁊ abſtin̄tie a gētilibꝰ ⁊ ph̄is. Jp̄i
eni ſuo modo abſtinētiā magnificāe
ſtuduerūt. Un̄ Ualeriꝰ maximꝰ cōmē/
dat mlieres Romanas q̄ abſtinebāt
a vino. Jnq̄t eni. li. 2. Fuit antiq̄ꝝ illa
ſimplicitas i cibo capiēdo hūanitatl
ſil' ⁊ ꝯtinētie index cētiſſima. Nā ma
ximis viris pꝛādē ⁊ cenare i ꝑpatulo
nō erat verecundie: qꝛ nec illas ep̄l'as
habebāt quas oculis populi ſbijcere

erubeſcerēt. Uini vſus oli romanis fe
minis ignotꝰ fuit: ne. ſ. in aliqd dede/
cus ꝑlaberent': qꝛ ꝓximꝰ a libero pr̄e
ītēꝑantie g̃dus ad icōceſſaꝫ venerem
eſſe cōſueuit. Dicearchꝰ vt ait Hiero
con̄ Jouinianū in li. antiq̄tatū laudat
aurea ſecula. Saturni q̄n̄ cū tūc oia
humꝰ fūdēt nullꝰ comedebat carnes
ſ3 vniuerſi viuebāt pomis ⁊ herbis q̄
t'ra ſpōte gignebat. Xenocrates ph̄s
de Tripcholomi legibꝰ tria tm̄ ꝑce/
pta i tēplo Eleuſine reſidere ſcribit.
Uenerādos deos: honorādos ꝑntes
carnibꝰ nō vtēdū. Tulliꝰ in. q. tuſ. cō
memoꝛat qꝛ Lacedemonij magis par
ſimonia delectāt'. Huiꝰ rei Xenophō
Theophꝛaſtus ⁊ pene oēs greci ſcri/
ptoꝛes teſtes ſūt. Cherimon hiſtoꝛi/
cus vir eloquētiſſimꝰ narrat de vita
antiq̄rū egypti ſacerdotū q oibꝰ mū/
di curis poſtpoſitis ſemꝑ dū i tēplo
fuerūt ⁊ rerū nās cāſqꝫ ac rōnes ſyde
rū cōtēplati ſūt nūq̄ꝫ ſe mulieribꝰ mi/
ſcuerūt nūq̄ꝫ cognatos ſeu ꝓpinq̄s ac
liberos q̄dē viderūt ex eo tp̄e q̄ cepiſ
ſent diuino cultui deſeruire: ⁊ carnibꝰ
⁊ vino ſemꝑ abſtinuerūt. Pane raro
veſcebāt' ne onerarēt ſtomachū: ⁊ ſi
q̄n̄ comedebāt tunſū ꝑit' hiſopū ſume
bant i cibo: vt eſcā g̃uioꝛē illiꝰ caloꝛe
decoquerēt. Eubolus q̄ꝫ q hiſtoꝛiam
Mitridatis multis volumibꝰ explica
uit: narrat apud ꝑſas tria eē magoꝝ
gn̄a: q̄ꝝ ꝑmi q ſūt doctiſſimi ⁊ eloquē
tiſſimi excepta farina ⁊ olē nihil am/
plius i cibo ſumebāt. Euripides i cre
ta Jouis pph̄as nō ſolū carnibꝰ: ſ3 co
ctis cib̄ abſtinuiſſe refert Barzafries
vir babylonicus i duo gn̄a apud in/
dos Gymnoſophiſtas diuidit quoꝝ

vnū appellāt Bragmanas. alteꝝ Sa
maneos q tāte cōtinētie ſūt vt pōis
arboꝝ iuxta gangē fluuiū alātur. De
Bragmanis etiā ſcribit Didimus in
ep̄l'a ad Alex. qꝛ pura ⁊ ſimplici vita
viuūt null' reꝝ capiūt' illecebꝛis: nihil
appetūt āpliꝰ q̄ꝫ nāe rō flagitat. Nul
la apd eos moꝛboꝝ gn̄a: nullꝰ medici
ne vſus: qꝛ ꝑſimonia ē illis medicina.
Si g̃ tātū gētiles hoies abſtinebant
vt mūdanā ſapiam acq̄rerēt q̄d nos
agere debemꝰ vt' i vera ſapientia ꝓ
ficiamꝰ! Audiuimꝰ eni quāti apud il/
los habita ſit abſtinētia ¶ 2ᵒ accipi
mus laudes ieiunij a pr̄ibus ⁊ pp̄his
veteris teſtamēti apud q̄s nō paꝝ ce
lebꝛe eſt reputatū. Un̄ ps. 34. Dauid
ait. Humiliabā i ieiunio aiam meam
Et Joel. i. Scificate ieiuniū. Et Tho
bie. 12. Bōa ē orō cū ieiūio. Et Judit.
4. dr̄ de filijs iſrl' q̄n̄ timebāt impetū
Holofernis. Humiliauerūt aias ſuas
i ieiunijs ipſi ⁊ mulieres eoꝝ. Et d Ju
dith. 8. c. dr̄. Jeiunabat oibꝰ diebꝰ vi
te ſue excꝑt' ſabb̄a ⁊ Neomenias ⁊ fe
ſta domꝰ iſrl'. Et. i. Regl. 7. q̄n̄ filij iſrl'
ꝑliaturi erāt cū philiſteis: ieiunauerūt
inq̄t ſcriptura i die illa ⁊ dixerūt. Ti
bi peccauimꝰ dn̄e ¶ 3ᵒ accipimꝰ laudeſ
ieiunij ⁊ abſtinētie a doctoꝛibꝰ ⁊ ſcis
Oēs nāqꝫ doctoꝛes eccl'ie abſtinētiā
⁊ ieiuniū miriſ efferūt laudibꝰ q̄ꝝ dc̄a
elegātiſſima adducēt' i ſequēti ſmōe
cū dicet' de fructibꝰ ieiunij. Nunc v'o
tm̄ cōtēplari ſufficiat ſcōꝛū exēpla q
ieiunādo ⁊ oꝛādo carnē ſuā crucifixe
rūt cū vitijs ⁊ cōcupiſcentijs. Refert
Euſebiꝰ in. 4. eccl. hiſto. ie; qꝛ iter ſcōſ
egyptios q̄s euāgeliſta Marcꝰ īſtitu
it vinū aut carneſ nemo guſtat tm̄ aq̄

eſt eis potus ⁊ panis cū ſale ⁊ hiſopo
cibus. Itē Hiero ad Euſtochiū cū vi
tā cōmēdaſſet cenobitaꝝ ꝙ apd eos
viuit pane leguib⁹ ⁊ olerib⁹ ſbiunxit.
Ad 3ᵐ gē⁹ veniā q̄s anacōitas vocāt
q de cenobijs exeūtes excepto pāe ⁊
ſale āpli⁹ ad deſerta nihil ꝓferūt. H⁹
vite auctoꝛ Paul⁹ illuſtratoꝛ Anto⁹
⁊ vt ad ſupioꝛa cōſcēdā ꝓnceps Jo.
bapᵃ. fuit. Et idē ſcribēs vitā Pauli
ꝓmi hēmite ſic inqt de illo. Oēꝫ i oīo
nib⁹ i ſolitudine duxit etatē. Cibuꝫ ⁊
veſtimentū ei palma ꝑbebat. Q̄d ne
cui ipoſſibile videaꝛ Jeſū teſtoꝛ ⁊ ſā
ctoſ āgeloſ vidiſſe me mōachoſ e qb⁹
vn⁹ ꝑ. 30. annos pane oꝛdeaceo ⁊ aq̄
luculēta vixit. Quid dicem⁹ de abſti
nētia oīuꝫ ꝯfeſſoꝝ xp̄i Jlariōis Aga
thonis Amōis Serapiōis Baſilij Bñ
dicti Frācifci oīuꝫq̄ alioꝝ! null⁹ eteni
inuēt⁹ ē q i delicijs fuierit deo. Jō pꝫ
ꝑ oīa exēpla tā xp̄ianoꝝ q̄ȝ iudeoꝛuꝫ
ſiue etiā gentiliū ꝙ abſtinētia ſblimā
da ē ⁊ nō ſpnēda. Hēm⁹ exēpla auiū
q̄ fame ⁊ abſtinētia amicabiles fiunt
hoīb⁹ ⁊ familiares. Ergo ſm itētōeꝫ
ſpūs. ſ. ſcām eccliaꝫ diligēti diſponā⁹
mētē ⁊ aīuꝫ vt inchoem⁹ h̄ ſacratiſſi
mū q̄dragēſimale ieiuniū q̄ mediante
obtinebim⁹ hic grāꝫ ⁊ i futᵒ gloꝛiam
quā nobis largiaꝛ clemētiſſim⁹ deus
cui eſt honoꝛ ⁊ glīa ꝑ īfinita. ſ. ſ. Am̄

¶ Feria q̄rta cinerū de ieiunio ad q̄d
maxime tali die ecclīa cōuocat ⁊ in
uitat fideles. ¶ Sermo. 18.

Theſaurizate vobis theſau
ros in celo. Uerba ſūt ſalua
toꝛis nr̄i i oꝛiginalī Mat. 6.
⁊ in euāgelio hodierno. Ecce aduene
rūt dies penitētie ad redimēda pcc̄a
ad ſaluādas aīas. Hodie tāq̄ȝ initiū
ē ſacri q̄dragēſimalis ieiūij d̄ q̄ cātat
ecclīa. Paradiſi poꝛtas ieiūij tp̄s no
bis aꝑuerit: idcirco cū oī ſollicitudie
⁊ deuotiōe vigilare debem⁹ ad ieiu
nia venerāda: qm̄ ꝑ ipſa acqrim⁹ the
ſauros regni celoꝝ. Et qm̄ ſapiētiſſi
mus oīuꝫ mgr̄ i v̄bis allegatis ī the
mate cōuocat nos vt de futura vita
nobis ꝓuideam⁹. Jō i h̄ ſmōe fideles
xp̄i ad ieiunij reuerētiā ꝑcipuā meri
to īducem⁹. Uidebim⁹ aūt de ipſo ie
iunio adhuc tria myſteria ꝓncipalia.
¶ Primū dr̄ conditionis.
¶ Secundū obligationis.
¶ Tertium fructificationis.
¶ De cibis a qbus abſtinēdū ē i ieiu
nio. ⁊ de tp̄e ſiue hoꝛa cōmedēdi die
bus ieiunioꝝ: ⁊ q̄re nō eſt determinata
q̄ȝtitas cibi ſicͭ viciſſitudo cōmedēdi

¶ Caplm̄. i.

Primū myſteriū
videdū de ieiunio dr̄ ꝯditio
Scđm eni ecclie oꝛdinatiōeꝫ
triplex cōditio ponit de ieiunio ¶ pᵃ
dr̄ q̄litas ¶ 2ᵃ tp̄alitas ¶ 3ᵃ q̄ȝtitas.
¶ Prima ꝯditio dr̄ q̄litas: qꝛ i ieiunio
ſm foꝛmā ecclie abſtinēdū ē ab aliq
bus cibis: vtputa carnib⁹ ouis ⁊ la
cticinijs. Oua v̄o ⁊ lacticinia interdicū
tur ieiunātib⁹: inq̄ȝtū ſūt oꝛta ab aīa
lib⁹ carneſ hn̄tib⁹: ſicͭ pꝫ di. 4. c. deniq̄ȝ
Nōndū tm̄ ꝙ i ieiunio q̄drageſime inẗ
dicūt vniueſalit oīa ſuꝑdicta: ſicͭ notꝫ
de cōſe. di. 3. c. nō oꝫ. Piſciū tm̄ eſuſ ut
ſit infirmitatis ſolaciū nō vt luxurie
ꝑiat īcētiuū cōcedit. Et lꝫ eēt a mari
nis beluis abſtinēdū tm̄ de cōſuetudi
ne ē tolerādū: qm̄ q nimis emūgit eli
cit ſanguinem: vt pꝫ i. d. c. deniq̄ȝ. Jn
alijs v̄o ieiunijs abſtinētia a carnib⁹
ſemꝑ ꝑcipit. Ab ouis aūt ⁊ lacticinijſ
nō niſi ſm cōſuetudineꝫ pr̄ie. Nā dicͭ
Hiero. 76. di. c. vtinā. ⁊ extra d̄ ſepl
turiſ. c. Certificari. Unaq̄q̄ȝ pr̄ia abū
dat i ſuo ſenſu. Cōcoꝛdat his Ricl. in
4. ⁊ Tho. 2ᵃ. 2. q. 147 ar. 8. i r̄ſiōne
ad. 3. argl. Sꝫ dubitari pōt cur ieiu
nioꝝ tp̄e nō ꝑcipit abſtinētia ab vſu
vini cū de illo tot mala dicāt. Nam
ſapiēſ ꝓ. 20. ait. Luxurioſa res viᵐ
Et Eccl. 31. Multos extīmiauit vinuꝫ
Et Paul⁹ Eph̄. 5. Nolite iebꝛiari vi
no i q̄ ē luxuria. Et Hiero. ad Euſto
Hoc moneo hoc obteſtoꝛ vt ſponſa
xp̄i vinū fugiat ꝓ venēo. ⁊ idē ad Fu
riam. O filia ſi apl̄s caſtigauit coꝛp⁹
ſuū ⁊ i ſeruitutē redegit: quō tu iuuē
cula adhuc i feruoꝛe iuuētutis poſita
dapibus ⁊ vino plena poteris eē de
caſtitate ſecura! Idē inſuꝑ inẗ cetera
ſcē Paule laudes hāc ipſe enumerat
ſingularē: qꝛ. ſ. a vino abſtinentiſſima
fuit. Jnqt eni i deſcriptiōe eius vite.
Sic referā qđ exꝑt⁹ ſū. Menſe iulio
feruētiſſimis eſtib⁹ īcidit i ardoꝛē fe
bꝛis. ⁊ p⁹ deſꝑatiōnē cum dei mīa re
ſpiraſſet ⁊ medici ſuaderent ob refe
ctionē coꝛpis vino eſſe op⁹ tenui ⁊ ꝑ
uo ne aqua bibēs i hydropē v̄tereꝛ.
⁊ ego clā btm̄ Epiphaniū papā ro
garē vt eā monēt imo cōpellēt vinū
bibē vt erat prudēs ⁊ ſolertis īgenij
ſtatī ſenſit inſidias ⁊ ſubridēs īimicū
eē qđ ille dicēt itimauit. Quid plura
Cū beat⁹ pontifex p⁹ multa hoꝛtam̄
ta exijſſet foꝛas q̄rēti mihi qd egiſſet
r̄ndit. Tm̄ ꝓfeci vt ſeni hoī pene ꝑſua
ſerim ne bibat vinū. Silit ad laudeꝫ
abſtinētie multoꝝ ſcōꝝ vita īducit ꝙ
vinū n̄ guſtauerit. Ergo ſi tā celebris
cit illa abſtinētia videt ꝙ ſalubꝛiter
fuiſſet ꝑceptū vt ieiunātes vinū nō bi
berēt. R̄ndet ad h̄ Alex. in. 4. ſūme. ⁊
Ricl. 15. di. q̄rti. ꝙ eſus carniū magis
cōmouet cōcupiſcētiā q̄ȝ vini potus
qꝛ cum ad incitationem cōcupiſcētie
concurrāt tria. ſcilicet abundātia ca
loꝛis ⁊ ſpirituum ⁊ ſemis. Ex eſu car
niū multiplicat ſemē: qꝛ in eis ē mltū
de nutrimēto: vt ideo ex eaꝝ eſu ma
xime multiplicat ſuꝑfluitas t̄tie dige
ſtionis q̄ ſemis ē mā. Ex eſu vētoſo
rū mltiplicat abūdātia groſſoꝝ ſpiri
tuū. Ex potu vini abūdātia caloꝛiſ. ⁊
abūdātia ſemis ē magis incētiua ꝯcu
piſcētie q̄ȝ abūdātia caloꝛis maxime
cāti ex potu vini: qꝛ illa cito euaneſcͭ
⁊ caloꝛ i ſemie manet. Licꝫ ḡ vinū ꝓ
vocatiuū ſit ad libidinē: nō tm̄ ſicͭ car
nes. Jō ecclīa iiūxit abſtinētiā a car
nib⁹ ⁊ nō a vino. Et ſi adhuc q̄rat q̄r
nō a vino dicͭ Alex. ꝙ h̄ factū ē ꝓpt i
firmoꝝ reuuitionē: qꝛ mlti fuiſſet obie
ꝯtēptoꝛes cū tolerabiliuſ ſit a carni
b⁹ q̄ȝ a vino abſtinē. Etiā ſic iſtitutuꝫ
eſt ꝓpt necitatē digeſtiōis. Mlti ete
ni hn̄t debilē ſtomachū qb⁹ neceſſari⁹
ē vſus vini ꝓpt digeſtionē ꝑficiendā
¶ 2ᵃ cōditio ieiunij dr̄ tp̄alitaſ. Nā
ſm Tho. 2ᵃ. 2. vbi. ſ. Jeiunātib⁹ aſſi
gnat tp̄s comedēdi. ſ. hoꝛa none. Cū
eni ieiuniū oꝛdinet ad deletionē ⁊ co
hibitionē clp̄e: oꝫ ꝙ aliqd addat ſuꝑ
coēm ꝯſuetudinē: ita tm̄ ꝙ ex h̄ n̄ mul
tū nā ḡuet. Eſt aūt debita ⁊ cois cō
ſuetudo hoīb⁹ comedēdi circa hoꝛaꝫ
ſextā: tū qꝛ iaꝫ vr̄ eē cōpleta digeſtio
nocturno tp̄e nāli caloꝛe interi⁹ reuo
cato ꝓpt frigus noctis circūſtās: tum
etiā: qꝛ tūc nā coꝛpiſ hūani indiget iu
uari. Ut ḡ ieiunātes aliquā afflictōeꝫ
ſētiāt ꝯueniet eis taxat hoꝛa nona.

que cõueniẽſ ē myſterio paſſiõis xpi
q̄ cõpleta fuit hoza nona qñ incliato
capite tradidit ſpm̃.hoza aũt illa de-
ṫmiaṫ ſm groſſam eſtiationē. Si vͦo
dicēṫ q ſtat⁹ veteris teſti ē pfectioz
q̄ noui. Sz in veṫi teſtō ieiunabāt a
veſpe diei p̄cedentis vſq; ad veſpam
diei ſequētis.vt ptz Leuitꝉ..23. Ergo
ſic dz fieri ī nouo teſtō. Rñdet Tho.
q ſtat⁹ veṫis teſti cõpaṫ nocti: ſtat⁹
vͦo noui compaṫ diei:ſm illud Ro.13
Nox p̄ceſſit:dies aũt appzopinq̄uit.
Jō ī veṫi teſtō ieiunabat vſq; ad no
ctē:nō aũt ī nouo. Nōn ō tñ ſm Alex
q hoza nona nō ē ī p̄cepto vel ſi ſit in
p̄cepto:q2 hz magnā latitudinē non ē
deṫmiata:iō ſi qñq; p̄ueniaṫ vel plō-
geṫ cā nccia vꝉ rõnabili nō ex hͦ ieiu-
nans peccat moztaliṫ. Uñ qñz religio
ſi poſſent ita mane ſurgē ⁊ tm̃ fatiga
ri añ hozā ſextā q ex diſpēſatiõe oz
dinis poſſēt āticipāe hozā nonā. De
plōgatiõe aũt hoze: q2 ex cõmeſtiõe
p⁹ hozā nonā nō afferṫ pena: ſ3 poti⁹
augeṫ ⁊ ē magis ſuperogare q̄ a de
bito deficē. Siꝉr q nulla hoza come-
dit nō deficit:ſ3 magꝉ ſuperogat. hec
Alex. ¶ 3ͣ cõditio ieiunij dr̄ q̄titas.
Ozdinauit eñi eccꝉia q ſeꝉ comedaṫ
in die nō aũt pluries ⁊ q̄lib3 vice paꝝ
q2 nō potuit deṫmiare ī ieiunio q̄ti-
tatē põderis cū vn⁹ ſm nãe ſue q̄lita
tē magis cibo indigeat q̄ ali⁹. Sz bñ
q̄titatē viciſſitudinis. Exceſſus aũt
ī q̄titate lz minuat meritū: nō tñ ſol-
uit ieiuniū: niſi eēt nimi⁹ ⁊ imoderat⁹
vt ſi aliqs excedēt ī q̄titate cibi nōbi
liṫ multiplicādo fercꝉa comedēdo va
ria cibaria deuozādo: vſq; ad ſūmuz
vētrꝉ.vt ōtineat tps ne affligaṫ. Taꝉ
inq̄ ſoluit ieiuniū ⁊ ōcipit ſeipſū. Uñ

Augꝰ ī ſmõe de q̄dragesima ait. Sũt
qdā obſuatozes q̄dragesime delitio
ſi poti⁹ q̄ religioſi q vaſa in qb⁹ co-
cte ſũt carnes tāq̄ imūda hozrentes
deuitāt: ⁊ ī ſua carne vētris aut gut
turis luxuriā nō fozmidāt. Jeiunant
aũt vt ñ ſolitā ieiunādo minuāt eda
citatē:ſ3 vt imoderate ī differēdo au
geāt auiditatē. Artificioſis ⁊ pegris
cõdimētoꝝ diuerſitatib⁹ gulā irritāt
tātūq; capiũt mādücādo quātū dige
rere pñt nō ieiunando. Et Hiero.ad
Furiā ait. Nõnulli vitā pudicā appe
tētes ī itinē medio cozruũt dū carniū
abſtinētiā ieiuniū putāt: ⁊ ſtomachū
leguib⁹ onerāt. Oia tñ intelligenda
ſũt cū diſcretiõe:q2 vt ſcribiṫ.1.q.5.c.
pñtiū. Diſcretō mr̄ ē oiu3 vtutū. Qō
iō dixeri q2 multi idiſcretas ieiunioꝝ
regulas conſiderātes qñz nimis arcta
imo eis ipoſſibilia ſumũt ieiūia. Pro
qbuſ getādis ſtat ſnīa illa Hiero.ad
Ruſticū monachū.d. Balneoꝝ fomē
ta nō q̄ras:q calozē cozpis ieiuniozū
frigoze cupis extiguē: q̄ ipſa modera
ta ſint ne nimia debilitēt ſtomachū ⁊
refectionē maiozē poſcētia erūpāt in
cruditatē q̄ parēs libidinū ē. Et idē
ad Nepotianum de vita clericoꝝ ait
Tātū tibi iponc ieiunioꝝ quātū ferre
potes. Sīt pura:caſta:ſimplicia:mo-
derata: ⁊ non ſupſtitioſa ieiunia. Et
idē ad Demetriadē.vͦ.inqt. Neq; vͦo
imoderata tibi ipam⁹ ieiunia ⁊ enoz
mē ciboꝝ abſtinentiā qb⁹ ſtati cozpa
delicata frāgũṫ ⁊ añ egrotare icipiũt
q̄ ſcē ɔuerſatiõis poſſint iacē fūdam
ta. Phoꝝ q̄z ſnīa ē moderatas eē v-
tutes. Et idē ad Ruſticū monachum
ita ſcribit. Sunt q amoze cellularum
imoderatiſq; ieiunijs tedio ſolitudis

ac nimia lectione dū dieb⁹ ac noctib⁹
aurib⁹ ſuis pſonat: vtūṫ ī melāconiā
vt hypocratiꝰ magꝰ fomētis q̄ nr̄is in
digeāt monitꝰ. Jdcirco ſuāda ē regꝉa
Fulgētij.q ita ſcribit ad Probū. Jeiu
nijs ſic ē adhibēda tēpies:vt cozpus
nr̄m n3 ſaturitas excitet: nec inedia ī
moderata debilitet. Saturitas facit
vt incaſſū ieiunemus.debilitas vͦo ne
ieiunare poſſimus.hec ille.

¶ Quare obligāṫ hoies ad ieiuͣ vꝉ
ppṫ p̄ceptū eccꝉie ꝉ ppṫ ipoſitā pniaꝫ
vꝉ ppṫ idictiõez epoꝝ. ¶ Caplm.2. [illegible]

SEcūdū myſteriū vidēduz de
ieiunio dr̄ obligatio. Obli-
gāṫ ſiqdē hoies ad ieiūia ſb
pēa pcc̄i maxie ppṫ tria. ¶ Pͦ ppṫ eccꝉie
p̄ceptōz. ¶ Sͦ ppṫ pnīe ac voti ipletōz
¶ Tͦ ppṫ epālē idictōez. ¶ Pͦ obligant
ad ieiuniū ppṫ eccꝉie p̄ceptiõez:q2 ſcz
eccꝉia p̄cepit vt aliq̄ ieiūia a fidelib⁹
obſuēṫ:q2 vt ſcribiṫ.14.q.1.c.qſquis
Quiſqs p̄ceptis nō obtēpat re⁹ ē ⁊
debitoz pene. Et paꝝ p⁹ iferi⁹. Qō p̄
cipiṫ ipaṫ: ⁊ qō ipaṫ nccē eſt fieri. Et
di.12.c.p̄ceptꝉ.dr̄. Preceptꝉ apꝉicis ñ
dura ſupbia r̄ſiſtaṫ:ſ3 p obia3 q̄ a ſcā
Romana eccꝉia ⁊ apꝉica auctozitate
iuſſa ſũt ſalutifere ipleāṫ. Et eadē di
.c.ñ decet. Calixt⁹ pp̄ ait. Sic fili⁹ dei
venit facē volūtatē pr̄is: ſic ⁊ vos ī-
plete volūtatē mr̄iſ vr̄e q̄ ē eccꝉia Ad
idē ē.c. Sic oēſ.19.vbi ſic dr̄. Sic oēſ
apꝉice ſedis ſciones accipiēde ſṫ tāq̄
ipſi⁹ dina voce. Petri fozmate. ⁊ idez
hr̄ ī.c.ī memōiā.ī.c.eniuero. ⁊ ī.c.nꝉꝉi
phaſ eadē di. ⁊ hͦ colligiṫ ex vͦbo xpi
d. Mat.18. Qui eccꝉia3 non audierit
ſit tibi ſicˉ ethnic⁹ ⁊ publican⁹. Scā g

mr̄ eccꝉia iſtituit ieiuͣ.q̄dā ſb p̄cepto
fidelib⁹ obſuāda. Et pͦ iſtituit ieiūiū
q̄dragesimale d q̄ ſupi⁹.d. Clericꝉ āt
qb⁹cūq; iūctū ē ieiuͣ a q̄nq̄gesima:ſic
ptz di. 4.c.ſtatuim⁹. ⁊.c.deniq;:ſ3 cõ-
ſiliū ē nō p̄ceptū ſm glo. 2ͦ p̄cipit ie
iuniū q̄tuoz tpu3:ſicut nōṫ.76.di.c.ie
iuniū.c.cõſtituim⁹. ⁊.c. de ieiunio. 3ͦ
p̄cipiṫ ieiuniū ī oib⁹ vigilijs apꝉozum
Philippi ⁊ Jacobi ⁊ Jo.euāgeliſte:
dūtaxat exceptis vt apparet exṫ de
obſeruatiõe ieiunioꝝ.c.cõſiliū. 4ͦ p̄-
cipiṫ ieiuniū in vigilia natiuitatis dñi
q̄ ſi venerit feria ſexta hi q nec voto
nec regula ad abſtinētiā carniū aſtri
cti ſũt tali die carnib⁹ vti pñtꝉ ſm con
ſuetudinē eccꝉie gn̄alē.nō tamē repze
bendēdi ſũt hi q ab eis ob deuotiõez
voluerint abſtinē.exṫ de obſeruatōe
ieiūioꝝ.c.explicari. 5ͦ p̄cipiṫ ieiuniu3
in vigilia pentꝉ. 76.di.c. noſſe credo.
6ͦ p̄cipiṫ ieiuniū in vigilia aſſūptiõiſ
vͦginiſ Marie.exṫ de obſeruatione ie
iunioꝝ.c.1. 7ͦ p̄cipiṫ ieiuniū ī vigilia
Joh.baptiſte ⁊ bti Laurentij. Et hͦ
de cõſuetudine appzobata q̄ ligat ⁊
tenet vt ptz di.1.c. Cõſuetudo. ⁊ diſ.
xi.c.eccꝉiaꝝ. ⁊.c.in his. Nā ſm Aſtenſ
in ſūma ſua. Si in aliqua regiõe vel
diocꝉ.ſit aliqō ieiuniū cõſuetū:qō tñ
nō ē p̄ceptū p ius ſcriptū:nihilomin⁹
ab exiſtētib⁹ ibidē ē obſeruādū. Nec
hoc puto intelligendū p illis tm̃ q in
locis illis domiciliū habēt:ſ3 etiā pzo
alijs fozēſib⁹ ⁊ pegrinis q eo tēpoze
ibi ſe reperirēt. Unde Augꝰ..12. di.c.
illa autē.ait. Maṫ mea Mediolanū
me ſecuta inuenit eccleſiam ſabbato
nō ieiunantē cepat fluctuari qd agēt
Tunc ego conſului de hac re beatiſſi
me memozie Ambzoſium epiſcopum

At ille ait. Cū Romā venio ſabbato
ieiuno. cū Mediolani ſū non ieiuno.
Sic ⁊ tu ad quā forte eccl'iam vene-
ris ei⁹ morē ſerua ſi non vis relinquē
cuiq̄ ſcandalū nec quēq̄ tibi. Hec cū
matri renūciaſſem libent' amplexa eſt
Glo. v̄o i. d. c. ſup v̄bo veneris dicit
Uiatores tenēt' ſeq̄ cōſuetudinē loci
ad quē veniūt. Et h̄ idē colligi videt'
ex. c. que cōtra mores. di. 8. in tex. ⁊ i gl
⁊ in. c. qſqs. 41. di. 8° p̄cipit' ieiuniū i
vigilia ſci Batholomei q̄ ſuari deb;
ſm cōſuetudinē feſti. d. c. Cōſiliū. ex͞t
de obſeruatiōe ieiunio⁊. Ieiūia autē
triū dierū rogationū an̄ aſcenſionem
dn̄i q̄ ponūt' de ɔſe. di. 3. c. rogatiōes.
ſ̄m glo. ibidē ſūt d̄ ɔſilio nō d̄ p̄cepto
niſi vbi eēt cōtrariū de cōſuetudine ap
probata. Silr' ieiuniū aduēt⁹ ſi ē i pa
tria de cōſuetudine ē p̄ceptū alit' non
ſm Hoſt. li; honeſtū ſit q̄ ieiunēt cle
rici: ⁊ maxīe p̄ſbri. Js decretis etiam
īuenit' q̄ ſit ieiunādū feria q̄rta. ſexta
⁊ ſabbato. de cōſe. di. 3. c. ieiunia. ⁊. c
ſabbato. Tn̄ iſtud cōſiliū ē ⁊ nō p̄ce-
ptū niſi de conſuetudine approbata.
Jn dieb⁹ tn̄ ſabbatis a carnib⁹ abſti-
nēdū eē. d. c. Quia dies. de ɔſe. di. 5.
⁊ h̄ vtiq̄ cōſiliū ē niſi adhuc ɔtrariū
videt' p ɔſuetudinē. Jn oīb⁹ v̄o vigi
lijs feſto⁊ q̄ ſecūda feria veniūt ieiu-
nādū eſt i ſabbato: vt p; i. c. ex pte. ⁊
d. c. cōſiliū: ex͞t de obſeruatiōe ieiuni
orū. Nōndū tn̄ q̄ a p̄cepto ieiunij ex
cuſant' ⁊ abſoluūt' q̄ ltiā; hn̄t cā; ſiue
nccitatē: vt nō ieiunēt. q̄ ut ſcribit' i
ſepe allegato. c. ɔſiliū. Neceſſitas legi
nō ſbiacet. ⁊ i. c. remiſſionē. Nccitas
nō h; legē. i. q. i. S; caueat vnuſq̄ſq̄
ne decipiat ſeipſū: qm̄ ſi qs poſſet ie-
iunare p vno floreno lucrādo: poſſ;

etiā ieiunare vt iplēt eccl'ie p̄ceptum.
Pn̄t tn̄ aliq̄ rōnabilit' excuſari a ieiu-
nio. Et p̄ excuſant' pueri q̄ ſ̄m Tho. ⁊
Ricl. pp' debilitatem nāe idigēt fre
quēti cibo nō mlto ſil' ſūpto. Jndigēt
multo nutrimēto pp' v̄tutē augm̄ti
Jō vſq̄ i finē t'tij ſeptēnij. i. 21. ani ie
iunare nō obligāt'. Et p hiſ ē di; illō
Hiero. ad Letā. ante ānos robuſte
etatis piculoſa ē teneris abſtinētia ⁊
q̄uis: tn̄ ɔueniēs ē vt an̄ dictā etatem
īducāt' hoīeſ ad ieiuniū: tū pp' gn̄alē
cōmotionē ⁊ ḡnie dei īpetratiōe;: ſic
dr̄ Joel'. 2. Coadunate ſenes: ɔgrega
te puulos ⁊ ſuggētes vbera. Tū etiā
pp' vitio⁊ refrenationē: q̄ vt plīmū
⁊ maxīe tpib⁹ bis iuuenes ſūt laſciui
⁊ diſſoluti. Ego v̄o dico ⁊ teneo q̄
cōſiderata malicia q̄ i multiſ ſupplet
etatē ⁊ corrūptela deteſtabili nephā
diſſimorū facino⁊ q̄ ppetrāt' tā a ma
ſculis q̄ a femis: q̄ tales nō ſolū īdu-
cēdi ſūt ieiunare imo ſtringēdi ſūt q̄s
valēteſ on⁹ ferre ieiūij etiā an̄. 21. an̄
ad illud credo fore obligatos ſb v̄tu
te p̄cepti. ¶ 2° excuſant' a p̄cepto ieiu
nij paupes q̄ nō hn̄t ad cōmedēdū in
vna cōmeſtiōe ſufficiēt'. ¶ 3° excuſant'
pegrinātes q̄ pp' laborē nimiū cōmo
d̄ ieiūare n̄ valēt. Nec obſtat ſi dicat'
q̄ p̄ceptū cōſilio nō ē p⁹ponendū. Cū
ḡ ieiunare ſit in p̄cepto: pegrinare v̄o
ad idulgētias ē de cōſilio. ḡ nō vr̄ q̄
pp' pegrinationē ſint ſoluēda ieiu-
nia: q̄ vt dicūt Ricl. ⁊ Tho. Jntētio
dātis p̄cepta de ieiunijs excludē non
fuit alias pias ⁊ neceſſarias cās. Se-
cus tn̄ ē de p̄ceptis legis nāe. ¶ 4° ex-
cuſāt' ſenes ⁊ debiles. ¶ 5° īfirmi. 6° mē
ſe nobi⁴⁰ ſuitōes. d̄ qb⁹. d. Ricl. q̄ ſi ex
cā nccia puenīūt aliq̄ntulū ɔmedendi

horā ex toto vel modicu; prebibēdo
ne ſeruiēdo deficiāt: ⁊ h̄ faciat iā po
ſitis mēſiſ vel modicū an̄ ita q̄ ppter
tpis cōtinuatōe; vna mēſa hēat d̄pu
tari: nō peccāt: ſicut nō peccāt q̄ ſur-
gūt d̄ mēſa vt p vino vadāt: vl' en-
xenia d̄ferat: ⁊ itex reuertētes ad mē
ſam ɔtinuāt. 7° excuſant' laborātes q̄
dieti viuūt: nec poſſunt laborare ſim'
⁊ ieiunare. 8° excuſant' mulieres pre
gnātes: ⁊ q̄ lactāt filios gn̄aliter oēs
q̄bus lrima adſūt īpedimēta. De diſ-
penſatiōe tn̄ ieiunij ſm Alex. nōndū ē
q̄ ſi euidēs cā ſit pōt ſtati hō p ſeip;
ſtatuti obſeruātiā p̄terire: p̄ſerti ſi n̄
poſſit de facili hr̄e recurſū ad ſupio-
rē. Si aūt cā ſit dubia d; hō ad ſupi
orē recurrē q̄ auctoritatē h; i talibus
diſpēſare. ¶ 2° obligāt' hoīes ad ie-
iuniū pp' pnīe vel voti ipletionē: qn̄
ſ. qs tenēt' ieiunare cū ſibi fuiſſet iiun
ctū p pnīa aut voto ſe obligaſſet. ¶
3° obligāt' hoīes ad ieiūiū pp' epālē
indictionē: qn̄. ſ. eps in ſua diocl. indi
cēt aliqd̄ gn̄ale ⁊ diſtrictū ieiuniū pu
ta p pace: p ſeneritate aeris: p plu-
uia poſtulāda: ⁊ hi⁹: tūc oēs ei⁹ cure
ſbiecti obedire tenēt' vt expſſe ponit'
de cōſe. di. 3. c. pnūciandū. Et diſ. 5. c.
ieiunia. vbi dr̄. Jeiunia i eccl'ia a ſacē
dotib⁹ ɔſtituta ſine neceſſitate rōna-
bili non ſoluantur. hec ille.

¶ Q̄ ieiuniū fructuoſū ē vtile ad bo
na tpalia ⁊ bona corpalia ⁊ ad bōa
ſpritualia. ¶ Caplm. 3.

Tertiū myſteriū vidēdum de
ieiunio dr̄ fructificatio. Poſ
ſum⁹ nāq̄ triplicē ei⁹ fructū
ānotare. ¶ p⁹ dr̄ corpal'. ¶ 2⁹ tpal'. ¶ 3⁹
ſpūal'. ¶ Prim⁹ ieiunij fruct⁹ dr̄ cor-

pal'. Jpſi eteni corpi pdeſt tripl'r. ¶ p
refrenādo. ¶ 2° ſanādo. ¶ 3° fortificādo
¶ p ieiuniū pdeſt corpi ipſū refrenē-
do. Nā nullū remedium ē ita efficax
ad repmēdū carnis rebellionē ad ſpi
ritū: ſic macerare ⁊ affligē illā ⁊ potiſ
ſimū p ieiu⁴⁰. Et qſ nō idigeat tali me
dicina qn̄ oēs pūgūt' vexāt' ⁊ agitāt'
ſtimulo carnis! Jō Paul⁹. 2. corl. 9. c.
dicebat. Caſtigo corp⁹ meū ⁊ i ſuitu
tē redigo. Ex h̄ Hiero. ad Ruſticu;
mōchū inq̄t. Uas electiōis i c⁹ pectore
xp̄s ſonabat: macerat corp⁹ ſuū: ⁊ ſb
ijcit ſuituti. ⁊ tn̄ cernit nālem carnis
ardorē ſue repuḡre ſnie: vt quod nō
vult h̄ agē cōpellat': ⁊ q̄ſi vi patiens
vociferat' ⁊. d. Miſer ego hō qs me
liberabit de corpe mortis hui⁹. Et tu
te arbitraris abſq̄ lapſu ⁊ vulnere
poſſe trāſire: niſi oī cuſtodia ſuauēis
cor tuū! Et idē i epl'a ad ſuriā de vi
duitate ſuāda. Apl's iḡt macēat cor
pus ſuū: ⁊ aīe ſbijcit ipio ne qd̄ alijs
p̄cipit ipſe nō ſeruet. Et tu adoleſcen
tula feruente cibis corpe de caſtitate
ſecura es! q̄ſi. d. nō. Et idē in epl'a ad
Euſtochiū: ⁊ ponit' i. c. ſi Paul⁹. 32. q
5. Si Paul⁹ inq̄t apl's vas electiōis ⁊
ppat⁹ i euāgelio xp̄i ob carnis acule
os ⁊ icētiua vitio⁊ repmit corp⁹ ſuū
⁊ i ſuitutē ſbijcit ne alijs p̄dicās ipſe
reprob⁹ efficiat': ⁊ tn̄ videt aliā legē i
mēbris ſuis repugnātē legi mētl ſue
⁊ captiuātē ſe i lege pcc̄i. Si poſt nu
ditatē ieiunia famē carceres flagella
ſupplicia in ſemet reuerſus exclamat
Jnfelix ego hō qs me libabit de cor-
pore mortis hui⁹ tu te putas ſecura;
eſſe debē! Jn epl'a v̄o ad Saluinia;
d̄ nebridio ⁊ viduitate idē Hiero. ſic

loquit̃:ſicut iraſci hoīuꝫ ē ⁊ irā nō ꝑ-
ficē xp̄ianis:ſic oīs caro cōcupiſcit q-
dē ea q̄ carnis ſūt ⁊ qbuſdā illecebꝛis
ad moꝛtiferas aīe voluptates trahit
ſ; noſtrū ē voluptatis ardoꝛē maiōꝛe
xp̄i amoꝛe reſtringē ⁊ laſciuiēs iumē
tū frenis inedie ſubiugare:vt nō libi-
dinē:ſ; cibos querat ac deſidēt ⁊ ſeſ
ſoꝛē ſpm̄.ſ.moderato atq; cōpoſito
poꝛtet īceſſu. Quoꝛſū iſta! Ut hoīeꝫ
te eē noueris ⁊ niſi caueas paſſiōib⁹
humanis ſbiacē.De eodē cuncti facti
ſumus luto hiſdē cōpacti exoꝛdijs.⁊
in ſirico ⁊ pānis eadē libido dn̄atur.
Nec regū purpuras timet nec mēdi-
coꝛū ſpnit ſqualoꝛē meliuſq; ē ſtoma
chū te doleꝛe q̄ȝ mēteꝫ impare coꝛpi
q̄ȝ fuire greſſu vacillare q̄ȝ pudicitia
Et in ep̄la ad Demetriadē: v̄. idē.d.
Ignita ſūt diaboli iacula q̄ ſil' vulne
rāt ⁊ īflāmāt:⁊ a rege babylonis tri
bus pueris pꝛepant̃: ſ; quō ibi quāt⁹
ſpēm habēs filij dei inteſos mitigat
ardoꝛeſ:ſic ī aīo v̄ginali roꝛe celeſti ⁊
ieiunioꝛū frigoꝛe puellaris caloꝛe ex-
tinguit̃:⁊ hūano coꝛpi angeloꝝ ꝯuer
ſatio ꝑpat̃. Itē in ep̄la ad Euſtoch.
ſic refert. Sollicite ꝓuidēdū ē vt q̊s
ſaturitas a ꝑadiſo expulit eſuries re
ducat:nō ꝙ de⁹ inteſtinoꝝ nr̄oꝝ dele
ctet̃ rugituꝫ·ſ; ꝙ alit̃ pudicitia tuta
eē nō poſſit. Pꝛopt̃ea ⁊ ip̄e Hie.i ſe-
ipſo oñdit qȏ alijs p̄dicauit.Ei⁹ v̄ba
ſūt ad Euſtochiū loquētis. Quotiēs
in heremo ꝯſtitut⁹ ī illa vaſta ſolitu
dine que exuſta ſolis ardoꝛib⁹ hoꝛri
dū monachis p̄ſtat habitaculū: puta
bā me romanis int̃eſſe delitijs ſede-
bā ſolus:q꞉ plen⁹ eram amaritudine.
Hoꝛrebant ſacco mēbꝛa defoꝛmia et

ſquallida cutis ſituꝫ ethiopice carnis
obduxerat. Quotidie lachꝛyme q̊ti-
die gemit⁹:⁊ ſi qñ repugnātē ſomnus
īminēs opp̄ſſiſſet: vn̄ humo vix oſſa
herētia collidebā:De cibis v̄o ⁊ po-
tu taceo cū etiā languentes monachi
aq̄ frigida vtāt̃.⁊ coctum aliqd acce
piſſe luxuria ſit. Ille igit̃ ego q ob ge
henne metū tali me carceri dānauerā
ſcoꝛpionū tātū ſoci⁹ ⁊ feraꝝ ſepe cho
ris intererā puellarū pallebāt oꝛa ie-
iunijs ⁊ mēs deſiderijs extuabat ⁊ ī
frigido coꝛpeꝫ ſicca iā carne p̄mꝛ̄tuo
ſola libidinū incēdia bulliebāt. Itaq;
oī cōſilio deſtitut⁹ ad Jeſū iacebam
pedes rigabā lachꝛymis ⁊ crine ter-
gebā ⁊ repugnantē carnē eb̄dꝫarū in-
edia ſbiugabā nō erubeſco ꝯfiteri in-
felicitatis miſeriā qn poti⁹ plāgo nō
eē qȏ fuerī. Memi me clamātē diem
crebro iūxiſſe cū nocte nec ꝑus a pec-
toꝛis ceſſaſſe v̄berib⁹ q̄ȝ rediret dn̄o
impāte tranqllitas. Ip̄aꝫ q̊ꝫ cellulam
meā q̄ſi cogitationū meaꝝ ꝯſciaꝫ pti-
meſcebā. Et mihi met irat⁹ ⁊ rigidus
ſolus deſerta penetrabā. Sicubi cō-
caua valliū aſꝑa mōtū rupiū p̄rupta
cernebā ibi met oꝛōnis loc⁹. Et vt mi
hi teſtis ē dn̄s p⁹ multas lachꝛymas
p⁹ celo oculos inherētes nōnūq̄ȝ vi-
debar mihi int̃eſſe agmiꝯ⁹ angeloꝛuꝫ
hec Hie. Sꝫ qd ȏ alijs oīb⁹ ſcis dicā
Nōne ꝑ abſtinētiā afflictionēq; ieiu
nioꝝ ſupauerīt luxuriā! Et vt ȏ alijs
taceā dicā tātū qȏ de btō franciſco
ſcribit in ſua legenda.d.Bona:Ingt
n.ſic. Attēdēs illȏ ap̄li v̄bū. Qui āt
ſūt xp̄i carnē ſuā crucifixerīt cū vitijs
⁊ cōcupiſcētijs:vt crucis armaturaꝫ
iugit̃ ſuo ferret ī coꝛpe tāta diſciplīe

rigiditate ſēſuales appetit⁹ arcebat
ut vix neceſſāia ſumēt ſuſtētatōi nāe
Difficile nāq; foꝛe dicebat neceſſitati
coꝛꝑis ſatiſfacē ⁊ ꝓnitati ſenſuū nō
parē. Pꝛopt̃ qȏ cocta cibaria ſanita
tis tēꝑe vix admittebat ⁊ raro. Ad-
miſſa v̄o aut cōficiebat cinē aut ꝯdi-
mēti ſapoꝛē admixtiōe aq̄ vt pluri-
mū reddebat inſipidū. De potu vini
qd dicā cū de aq̄ dū ſitis eſtuaret ar-
doꝛe vix ad ſufficiētiā biberit! Patꝫ
ḡ ꝙ ꝑ ieiuniū coꝛp⁹ aīe īimicū maxie
refrenat̃ ¶ 2° ꝓdeſt ieiuniuꝫ coꝛꝑi ip̄ꝫ
ſanādo.nā viſū ē ꝑ experiētiā ꝙ magis
ꝓdeſt ſanitati coꝛꝑis abſtinētia mo-
derata q̄ȝ nimi⁹ ⁊ exceſſiu⁹ ciboꝝ vſ⁹.
Quinīmo vt plīmū ex gula oēs egri
tudines euenire ſolēt. Un̄ de ꝯſe.di.5
.c. Ne tales.dr̄. Moꝛbi ſaturitate ni
mia cōcitēt̃. Et Seneca ad Lucillum
ſic ait. Medicina quōdā paucaꝝ ſcia
fuit herbaꝝ qb⁹ ſiſteret̃ fluēs ſanguis
vulnera coirēt paulatī. Deinde ī hāc
ꝑuenit tā multiplicē varietatē. Nec
ē mirū tūc illā min⁹ negocij habuiſſe:
firmis adhuc ſollidiſq; coꝛꝑib⁹ ⁊ fa-
cili cibo:nec ꝑ artē voluptatēq; coꝛ-
rupto q p⁹ q̄ȝ cepit nō ad tollēdā:ſed
ad irritādā famē:q̄re inuēte ſūt mille
cōditure qb⁹ adhibitis excitaretur!
Que deſiderātib⁹ alimēta erāt onēa
ſūt plēis. Inde palloꝛ ⁊ neruoꝝ vino
marcētiū tremoꝛ ⁊ miſ̃abilioꝛ ex cru
ciatib⁹ q̄ȝ ex fame macies. Inde īcerti
tabētiū pedes ⁊ ſemꝑ q̄ſi ī ipſa ebꝛie
tate titubatio. Inde ⁊ in totā cutem
humoꝛ admiſſus diſtētuſq; vent̃ duꝫ
male aſſueſcit pl⁹ cape q̄ȝ poteāt. Et
tādē cōcludit multos moꝛbos: mlt̃a
fercula feciſſe. Et Jo.os aureū de ꝯſe

di.5.in.c.nihil.h̊ ipſū ꝯfirmat.d. Abū
dātia moꝛbū facit ⁊ moleſtias īgerit
⁊ egritudines gn̄at. Jō Hiero.cōtra
Jouinianū ait. Egrotāti tibi nō alit̃
ſanitaſ r̄ſtituit̃ niſi tenui cibo victuq;
caſtigato q̄ dieta dr̄. Et idē Hiero.
in.c.legim⁹.de cōſe.di.5. Legim⁹ q̄ſdā
moꝛbo articulare ⁊ podagre hūoꝛib⁹
laboꝛātes: ꝓſcriptiōe bonoꝝ ad ſim-
plicē mēſaꝫ ⁊ pauꝑes cibos redactos
cōualuiſſe. Caruerūt eñi ſollicitudine
diſpēſande dom⁹ ⁊ epulaꝝ largitate
q̄ ⁊ coꝛpus frāgūt ⁊ aīaꝫ. ¶ 3° ꝓdeſt
ieiuniū coꝛꝑi ip̄ꝫ foꝛtificādo. Nā mo
derata ieiunia ex ꝯſ̄ti coꝛꝑa magl ſa
na ⁊ magis robuſta reddūt. Et ſi di-
cat̃ h̊ nō eē verū:qm̄ ꝑ ieiunia debili
tant̃ coꝛꝑis vires ſ̃m illȏ p̄s. Genua
nr̄a infirmata ſūt a ieiunio.r̄ndē poſ-
ſum⁹ ꝙ Paul⁹ dicebat.2.Cori.xi. Cū
infirmoꝛ tūc foꝛtioꝛ ſū:eo ꝙ īfirmitas
⁊ debilitas coꝛꝑiſ reddebat eū foꝛtē
⁊ ꝓmptū ad dei obſequia. 2⁹ ieiunij
i q̊ ſathan hītaturꝰ ē corpalr̄. Qđ
dictū itelligēdū ē non ꝙ iſtud fiat ꝑ
aſſūptionē ⁊ vnionem in ſuppoſito
qꝛ vt puto icōueniēs eſt ſuppoſitum
quodcūqꝫ creatū poſſe naturā extneā
aſſumē:qꝛ hoc ē priuilegiū ſingulare
ſuppoſiti increati. Quare dđ ē ꝙ dia
bolus i ātixp̄o habitabit ꝑ totalem
illiꝰ hoīs poſſeſſionē.Et ad hūc ītel/
lectū trahn̄da ſūt v̊ba Greg. Hoc ēt
ipſū ſētire vr̄ Job.Dama. q de āti/
xp̄o ait. Preſciēs deus inigtatē futu
re volūtatis eiꝰ ꝯcedet i eo hītarī ſa/
thanā :Erit itaqꝫ ātixp̄s hō purꝰ : ⁊
verꝰ:l3 diabolo familiariſſ.mꝰ:ex cuiꝰ
cōmertio multa ſcire ⁊ facē poterit.
Un̄ Gregꝰ.29.li.mor.ait. Sic.n. ce/
drus arbuſta cetera i altū creſcēdo
deſeit.ita ēt autixp̄s mūdi gl'iam tē/
poralr̄ obtinēs:mēſuras hoīu3.⁊ ho
mines culmie ⁊ ſignoꝝ ptāte trāſcē
det.Spūs qppe i illo ē q i ſblīmibus
poſitꝰ potētiā nafe ſue nō ꝑdidit vl'
deiectꝰ.Cuiꝰ idcirco v̊tꝰ nūc minime
oñdif:qꝛ diſpēſatōe dīne fortitudis
ligaf ¶ Tertia antixp̄i ꝯditio dicif
ꝑtātis. Accipiet nāqꝫ poteſtatem a
deo: ſinēte ⁊ ꝑmittēte ſup vniuerſā
terrā. Attrahet nāqꝫ pauciſ dūtaxat
exceptis ad ſe oēs gētes:facietqꝫ nō
ſolū obliuiſci:verūetl.blaſphemāi no
mē illud:qđ ē ſup oē nomē.nomē .ſ.
dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i. Multaqꝫ ipia loque
tur ⁊ dicet ꝯtra honorē eiꝰ:⁊ v̊ginis
mr̄is:ac oīu3 ſāctoꝝ celi:iducetqꝫ oēſ
populos ut ipſū colāt ꝓ deo . Et vt
dr̄ Math.24.c.Erit.n.tc̄ tribulatō
magna q̄lis nūqꝙ fuit ab initio mūdi
vſqꝫ mō:neqꝫ fiet. Jnuadet ſiqdē ille
hō pc̄ti vniuerſū orbē terraꝝ manu
armata:cōgregabitqꝫ i preliū copias
icredibiles:nec erit q ꝓſſit ſe defen/
dē a furore illaꝝ. Largief adhuc am
pla mūera:⁊ largiſſima dōa his q ei
ſpōte ſua adhēbūt. Seducꝫ ⁊ alios
ſignis ⁊ ꝓdigijs mēdacibꝰ.Et ut dr̄
Math.24. Surgent pſeudo xp̄i:⁊
pſeudo ꝓphe:⁊ dabūt ſigᵃ magᵃ:ita
ut i errorē iducāf.ſi fieri pōt etl. ele/
cti.Ceſſabūt tūc deo ꝑmittente oīa
miracula v̊a.Cruciabūf ꝓ xp̄o illi q
feruētes erūt ⁊ nulla ꝯſolatōe viſita
būf.O qđ erit tūc: tātas nouitates
īſpicē.O quāta horribilitas vidē di
rui templa ⁊ eccl'ias dei:religionē de
leri:cōtēni v̊tutes.ꝓphanari ſacra:⁊
polui v̊gines : ac torq̄ri ſine ulla pie
tate xp̄ianos.O quāta ignominia oc
cupabit tūc mūdū quādo licebit uni/
cuiqꝫ ꝓ libito ad carnalitateſ ad ſpur
citiā oēm:⁊ ad laſciuias laxare habe
nas.Sed breue erit tēpꝰ illud i q̊ ꝓ/
ſperabif diabolicꝰ ātixp̄s. Qm̄ vt p̄
dictū ē poſt tres ānos cum dimidio
deo iubēte iterficief ab angelo.

¶ Et ſm̄ aliquos vicinū ē tēpus āti
xp̄i.tū ꝓphiaꝝ p̄nūtiatōe.tū etatum
ānumēatione. tū etiā inigtatū conſu/
matione. ¶ Caplm̄.3.

Tertiū myſteriū declarādum
de ātixp̄o dicif tēporalitas
in quo vidēdū ē an ꝓximu3
ſit ⁊ vicinū tempus:quo apparē de/
beat peſſimꝰ autixp̄s. Et ſaluo iudi/
cio meliore: dicūt qdā ꝙ ſic ꝓpt̄ tria
¶ Prio ꝓpter ꝓphiaꝝ p̄nūtiatōem.
¶ Scđo ꝓpt̄ etatū ānumēatōez ¶ Ter
tio ꝓpter iniquitatū cōſumationem.
¶ Prio ꝓpter ꝓphiaꝝ p̄nūtiatōez.
Aiūt.n.abbatē Joachi ſpū claruiſſe
ꝓphico. Jp̄e v̊o papaliſtā depixit:in
q̊ multa futa đ ſtatu eccl'ie p̄nūtiauit
Jbiqꝫ pōit duos pꝰiſtū q Paulꝰ ſcđs

vocaꝛ ſũmos pōtifices eē futuros. poſt quos ⁊ terti⁹ depigitur q coꝛo/ nā exibet antixp̄o. Sꝫ ⁊ ego dico ꝙ licet multa predixērit Joachi ſancta Brigida Methodi⁹ Merlinus ⁊ ceteri qui ſpūm habuerūt ꝓpħic. tñ ut mihi uideꝛ dicta eoꝝ nō ītelliguntur Nā de Nicolao Caliſto Pio ⁊ Paulo pōtificibus maximis nihil iuētum ē. qđ Papaliſta ſonet ſm veritatem Q̄đ ſi veꝝ ſit reliquo arbitrio ſapiētiū dicēdū. Et ꝓpt̄ea repꝛehēſibiles poti⁹ iudico ꝗ̄ laude dignos eos q ꝓpħias que ī ſcriptura ſacra nō hn̄ꝛ nimis curioſe legē ⁊ īterpꝛetari ſtudēt: qm̄ ſepi⁹ iueniūtur decepti. Scio etenim ēt graues ac ſāctos viros ī hō ipſo defeciſſe. Nā quidā egregius ⁊ ſanct⁹ p̄dicatoꝛ dieb⁹ nr̄is cathalogo ſanctoꝝ aſcript⁹ boꝛo zelo duct⁹ publice ⁊ ſepiſſime p̄dicauit: imo ſuper inde tractatū copioſiſſime ſcripſit. Q̄ ſuo tēpoꝛe nat⁹ erat ātixp̄s. habebat ipſe quaſdā ꝓphetias: aliquaſq̧ rōnes quibus inducebaꝛ: vt ita credēt ⁊ pꝛedicaret. Sꝫ reuera euidētia facti declarat ipſū fuiſſe deceptū. Et ſic nō audeo ꝑ aliquā ꝓpħiā: quā nō intelligo temere diffinire ꝙ tp̄s iā imineat antixp̄i. ¶ Scđa rō q̄ mouit aliquos vt diceret ꝓximū iā foꝛe antixp̄i tp̄s ē ꝓpter etatū annumerationē. Dicūt. n. nos eſſe ī ſexta etate mūdi ex qua p̄terierūt. 1466. anni. Et ex ꝯſeq̄nti in bꝛeui mūdus hēbit finem. Et cū ātixp̄s an̄teq̄ mundus finiatur ventur⁹ ſit. ḡ veniet ī bꝛeui. Sed qd ad hoc dicendū ſit diffuſi⁹ hēbiꝛ ī ſermone de ꝯtēptu mūdi ¶ Tertia rō qua pleriq̧ aſtruere nituꝛ antixp̄m

cito eſſe venturꝝ ē ꝓpter iniquitatuꝫ ꝯſūmmatōem. Dicunt. n. īpletā iaꝫ ⁊ ꝯſumatā eſſe m̄ſurā iniquitatū ⁊ peccatoꝝ: ac ꝑ hoc inſtare tp̄s de quo 2. Thi. 3. c. dꝛ Jn nouiſſimis dieb⁹ iſtabūt tp̄a ꝑicl'oſa ⁊ erūt hōies ſe ip̄os amātes. cupidi. elati. ſuꝑbi blaſphēi ꝑentibus nō obedientes īgrati. ſceleſti. ſine affectiōe. ſine pace. criatoꝛes. ī cōtinētes. imites. ſine benignitate. ꝓditoꝛes. ꝓterui. tumidi. voluptatum amatoꝛes magis ꝗ̄ dei. hn̄tes qdē ſpēꝫ pietatis. virtutē aūt ei⁹ abnegātes hec illi. Quia vō oīa ſuꝑdicta in uoluerunt hōies moꝛtales miſeroſq̧ ⁊ potiſſimū eos qui nomē xp̄ianū ꝓfitēꝛ. ꝓpterea ⁊ ſi rō tertia ñ ꝯcludat de facto ꝙ vicinū ſit tp̄s antixp̄i. ſatis tñ efficax eſt ad nos monēdū vt illud timeam⁹ tp̄s. heu heu. Quis ſiñ hoꝛroꝛe cogitare queat ꝗ̄tum hodie ſuꝑabundauit iniq̄tas ⁊ refrigerata ē caritas multoꝝ. O xp̄iana religio. o decoꝛa ⁊ iuiolata fides. ꝑſequūꝛ te hodie. deſꝑāt ⁊ īficiūt ñ tm̄ aliḡeīgene: ſꝫ ⁊ tui q fideleſ ⁊ xp̄iāi vocāi gloriātur. Jlli ſūt qui modicā aut nullā habēt ad dei cultū reuerentiam. Jlli qui eccleſiaſticas dignitates ꝓ explēdo ambitionis ſue appetitu furātur ⁊ rapiunt. Jlli ſunt qui collocauerūt vineā domini ſabaoth. i. eccl'iaꝫ ſcām nō agricolis fidelibus: ſꝫ vt ita dicaꝫ atrociſſimis hoſtibus. Jlli ſunt q eccleſiaꝝ bona lacerant: diſſipant ī vſ⁹ malos expēdunt ⁊ deuoꝛant: ſicut lupi. Jlli ſunt qui pꝛincipantur īꝑant. ⁊ dominanꝛ popul'. ſine iuſtitia. ſine v̄itate. ſine clemētia. Jlli ſunt q p̄cepta dei viuentes neglugunt ⁊ cōtēnunt.

Nō colūt deū: nō amāt: nō venerāꝛ: ⁊ blaſphemāt nomē eius ſactū: ⁊ ī illo periurāt: dies feſtos nō ſeruāt. parēteſ aſꝑnāꝛ. iuidi ſūt. iracūdi. litigioſi. ſeditioſi ꝑcuſſoꝛs. hoīcide. humanū ſāguinē crudeliꝛ effūdētes. Nō erubeſcūt q̄ſi iā publice adulterari. foꝛnicari. ⁊ quod his fedi⁹ ē ꝯtaminari fetidiſſimo uitio ſodomie. Auaritie āt locū dederūt ita ut nulla ſit amplius veritas: nulla fides: nulla caritas in eis. Lucrātur ꝑ uſuras. fraudes. ſimulationes. deceptōes. ⁊ alios īdebitoſ modos. Licētiarūt linguā ut loquaꝛ criminatōes. mēdacia. teſtimonia falſa. detractōes. ſuſurratōes. ſcurilitates. ⁊ cōtumelias. impꝛoꝑia ⁊ ꝯuitia Aꝑuerūt coꝛ ſuū ad cōcupiſcēdū huius ſeculi bona: ⁊ ad deſiderādū delectari ī peccatis carnis. Fregerūt mlꝉti votū quod deo fecerāt. Finxerunt multi bonitatē uite. acceperūt ouium veſtimēta. intriſecus aūt ſūt lupi rapaces. O quāta peccata ⁊ ꝗ̄ enoꝛmia latēt ſub ouina pelle. O magne de⁹. O ſapiētiſſime dñe: tu oīa uides tu oīa deniq̧ noſti. Nos v̊o merito ꝓpter tāta facinoꝛa timere debem⁹: ne in nos deſeuiat ira ſua. ſinatq̧ per Antixp̄m uexari mūdū tēpeſtate magna. A q̄ nos libēt redēptoꝛ noſter ꝑijſſimus: qui cū patre ⁊ ſpū ſancto viuit ⁊ regnat ꝑ infinita ſecula ſeculoꝛum. Amen.

¶ Dominica de paſſione in mane de honoꝛe parētū ex° xp̄i: qui ī euāgelio ſuū p̄rem honoꝛare ſe aſſerit. ſ. quo ad dilectionē. ſubiectionē ⁊ cōuerſationem.

## ¶ Sermo. 54.

Ego honoꝛifico patrē meū. Uerba ſūt redemptoꝛis nr̄i oꝛiginal'r Joh. 8. c. ⁊ hodierno euāgelio annotata. ¶ Facti ſunt adeo vt plurimū imp̄ij filij ad parentes ſuos: vt mēito q̄libꝫ paꝛ aut mꝛ dicē poſſit ill'd Jſa. i. Filioſ nutriui ⁊ exaltaui: ipſi āt ſpꝛeuerūt me. Ut igitur etiā ⁊ ipſi iuuenes ⁊ adoleſcētes ac pueri parētes colēdo ad verā penitētiā reducātur: in pꝛeſēti ſermone de honoꝛe parētū dicē ſtatui. Nam exodi. 2. c. Dñs deus dixit. Honoꝛa patrem tuū ⁊ matrē tuā: vt ſis lōgeuus ſuꝑ terrā. Chꝛiſtus vero ī euangelio hodierno p̄rēꝫ ſe honoꝛare fateꝛ: vt ſic nos ēt ſuo ex° īſtruēt quid agere debem⁹. De ipſo itaq̧ parētū honoꝛe tria myſteria declarabimus.

¶ Primū dꝛ dilectōis.

¶ Secundum ſubiectionis.

¶ Tertium conuerſationis.

¶ Q̄ honoꝛādi ſūt parētes ꝓpꝛ bñficioꝝ multiplicitatē: ꝓpter parētum caritatē. ⁊ ꝓpter irratōabiliū exemplaritatē.

¶ Caplm̄. i.

Primū myſteriū declarāduꝫ de parētū honoꝛe dicꝛ dilectionis. Debēt vtiq̧ filij qui parētes honoꝛare uolūt illos diligere: ⁊ ex coꝛde amare. ꝓpꝛ tria ¶ Primo ꝓpter bñficioꝝ multiplicitatem. ¶ 2° ꝓpꝛ parētū caritatē ¶ 3° ꝓpter irrationabiliū aīaliū exēplaritatem. ¶ Primo filij debēt parētes diligē ꝓpꝛ bñficioꝝ mlꝉtiplicitatē. Quiſnā explicet quot a parētibus filij bñficia receperūt! Ab illis eqdē ſūpſerūt eē quod bonum tam grande eſt. ut ipſū ſit fundamētum omniū alioꝝ bonoꝝ

Nā qui nō habȝ eē :nullū aliđ bonū
hīe pōt.nō diuitias.nō gl'iam.nō fa/
mā.nō ſciētiā.nō virtutes.nō gl'am.
nō vitā eternā. Ipſū etῑ.eē bonū : ab
hoīb⁹ eſt deſiderabile. Uñ Ariſ.2.de
aīa īquit. Oīa appetūt eſſe: ⁊ illi⁹ cā
agūt quecūqȝ agūt ſm naturā: ꝓpter
hoc bonū a parētib⁹ hitū libro de eb
domadibus Boetius ait. Oīum bo/
noꝝ ipſū eſſe bonū eſt.hic etiā ſapiēs
eccleſiaſtici.7.c.ait. Honora patrem
tuū ⁊ gemituū mr̄is tue ne obliuiſca/
ris . Memēto qm̄ niſi ꝑ illos nō fuiſ
ſes.Et Hiero⁹ ī epiſtola de honore
parētū ait. Honorādi ſūt parentes :
qꝛ primo ſūt nobis cā naſcēdi.hoc bñ
ficio motus: Coriolanus roman⁹ cō/
ſul ab vrbis Rome obſidione ceſſa/
uit. Scribit nāqȝ de illo Eutropius
Qꝛ poſtq̄ vicerat volſcos: ⁊ corioloſ
vñ poſtea nomē accepit exul factus
Romanis ad volſcos ī exiliū mittiť
cū quibus gratioſe viuēs ab eis con
tra Romanos dux factus ē. Et poſt
multas ciuitates: ⁊ ťras ab eis adep
tas ad foſſas quīqȝ milliū paſſuū ab
vrbe caſtra poſuit.ſcđs poſt Tarq/
niū ſuꝑbū: q cōtra patriā duxiſſet ex
ercitū. Populatur īde Romanū agꝝ
cuſtodibus īter populares poſitis.
Qꝛ ſm Frontinū de re militari facie/
bat: vt diſcordia orireť īter pr̄es : ⁊
populū. Multitudo tādē īgēs pacē
expectās: ſenatū mouit: vt ad Corio
lanū oratores mitteret. Qui cū non
obtinuiſſēt iteꝝ miſſi aliȷ nō recipiūť
in caſtris. Mittunť poſtea ſacerdo/
tes cū ſuis inſignibus velati : q min⁹
fecerūt q̄ primi. Tūc matrone.vt ſcri
bit Ualerius ſub rubrica de pietate er/

ga parētes ad Uecturiā matrē Co/
riolani: Uolūniāqȝ vxorē frequētes
conueniūt ut ipſa mater ⁊ vxor Co/
riolani duos ei⁹ filios ī hoſtiū caſtra
ducerēt: ⁊ vrbē ꝑcib⁹ liberarēt: quā
armis tutari difficile erat. Cū g̊ ad ca
ſtra vētū ē nūciať Coriolano adeē
īgēs mulieꝝ agm̄: q ſpreuit eas: mox
quidā familiariū: niſi me īqt decipi/
āt oculi mr̄ tua.coīūx ⁊ liberi tui ad
ſūt. Tūc Corolan⁹ cū mr̄i obuie am/
plexū ferret: dixit mr̄. Priuſq̄ āplexū
accipiā dic: an ad hoſtē: an ad filium
ueneri: ⁊ vtꝝ captiā ī caſtris tuis ſiȝ
In hoc me lōga vita ⁊ ſenect⁹ traxit
vt exulē te deīn hoſtē viderē. Potu
iſti populari hāc terrā : que te genu/
it ⁊ nutriuit! Si ego te nō peperiſſē
Roma nō oppugnareť. Si filiū non
hērem: libera ī pr̄ia mortua eēȝ. Uxo
ris deīn ac liberoꝝ āplex⁹ ab oī tur/
ba mulieꝝ ſtrauē viꝝ. Tūc ad mr̄em
verſus ait. Expugnaſti: ⁊ viciſti irā
meā. Pr̄iaȝ g̊ vr̄o tuo dono: īpēteqȝ
agꝝ Romanū armis hoſtib⁹ libera/
uit. Recordat⁹ fuit g̊ Coriolan⁹ q̄tū
mr̄i debebat: ī cui⁹ vtero ſuſcepit eē.
Hīc Hiero⁹. de honorādis parēti/
b⁹ ait. Prebeať pr̄uȝ amori iuſta for
mido: q ꝓmi ſūt nobis cā naſcēdi. Ex
hibete pr̄ib⁹ filiȷ qđ vos ꝑtās pr̄ni
noīs cogit: q̄ adeo ē eoꝝ mēritis attri
buta: vt ipſa de vobis exigat qđ nā
iubē ñ potuit. Mr̄ib⁹ q̄qȝ debita īpē/
dite reuerētiā: q̄ vobis uētri liuore ſer
uiētes: pōd⁹ corꝑis vr̄i tolerāt: atqȝ
ignotā portātēſ īfātiā: famulatū quē
dā exhibēt, obſtetricē. Illo tp̄e ñ tm̄ ſi
bi mr̄ exit: nec acceptos ſola digēit
cibos. Mr̄no uictu aliť: ⁊ ille q latet



eiuſqȝ mēbra alterius comeſtione pa
ſcūtur: vt homo futur⁹ alienis morti/
bus ſatureť.hec ille. Sūt ⁊ alia bñfi/
cia filiȷs a parētib⁹ oblata. Nā vt in
plurib⁹ ipſi filios nutriunt.aut nutriri
faciūt ipſos ī etate infātili cū magna
diligētia ab oībus cōtrariȷs ꝓtegūt:
⁊ defēdūt. Ipſi eis ꝓuidēt de uita ⁊
tegumēto. Ipſi eis alludūt : applau/
dūt ⁊ blādiūť ut a plātu reuocent.
Ipſi eos docēt ut loqui ſciāt: imo ut
ſepiſſime ut bonos mores ſequātur.
ꝓpterea Hiero⁹ de honore parētū
ait. Memēto parētū: qꝛ talis es: quo
rū manibuſ incremēta ſūpſiſti ¶ 2°
filiȷ debēt parētes diligē ꝓpter pa/
rētū caritatē. Nā quātūcūqȝ filiȷ di/
ligāt pr̄em ⁊ matrē: tñ ab his pl⁹ dili
gūtur. Et hoc ſm Ariſ.8.ethi. proue/
nit ex triplici rōe ¶ Prima rō ē diu/
turnitatis tēporis. Nā quāto amor
magis durat: tāto vehemētior ꝑfici
tur. Amor āt parētū ad filioſ diutur
nior ē: q̄ filioꝝ ad parētes. Statim
eniȝ cū filiȷ naſcūtur parētes diligūt
eos: nō tamē ſtatī filiȷ diligūt paren
tes: qꝛ nō ſtatī ſunt tāte cognitiōis :
vt poſſint cognoſcē quid ſit diligen/
dū. diuturnior g̊ eſt amor parētū ad
filios : q̄ ecōuerſo: ⁊ fortior eſt ⁊ ve
hementior ¶ Scđa rō eſt certitudīs
ꝓlis. Parētes igitur ſūt magis certi
de ſua ꝓle: q̄ ipſa de parētib⁹. Et ſic
matres pluſq̄ patres. Tertia rō eſt
vnionis: qꝛ filiȷ vniūtur parētibus eo
q ab ipſis habēt eſſe: ⁊ nō ecōuerſo.
Iō dicit Alex.in.3° volumīe ſūme. Qꝛ
de amore filiȷs exhibēdo nō datur ꝑ
ceptū: ſicut nec de amore ſui ipſi⁹. qa
ad hoc ſufficieť īclinat nā. Uñ ſicut hu

mor aſcēdit a radice ad ramos: ⁊ nō
econuerſo. ſic naturaliť a parētibus
aſcēdit amor ad filios: ⁊ nō ecōuer/
ſo. Idcirco amor parētū ad filios eſt
naturalis. Amor vero filioꝝ ad parē
tes debet eſſe gratuit⁹. hinc Hiero⁹ ī
epiſtola de honorādis parētib⁹ ait.
Sit tibi grata vita ipſoꝝ: quib⁹ cari
or eſt vita tua q̄ ꝓpria. Redde amo
ris vicē colēde pietatis. De hoc aūt
amore parētū ad filios eſt exēplū đ
Dauid clemētiſſimo .2.reg..c.18. Cū
eniȝ Abſolon fili⁹ ei⁹ tēptaſſet cū pel/
lere regno: ac Dauid cōtra cū mouiſ
ſet exercitū cū ipſe Dauid remāſiſſet
ī porta ciuitatis: ꝑcepit Ioab. ⁊ Abi
ſai quib⁹ cōmiſſa erat ſūma belli .d.
Seruate mihi pueꝝ Abſolon. Itaqȝ
egreſſus ē populus cōtra Abſolonē
⁊ ſuos in cāpū ⁊ factū eſt preliū. De
bellataqȝ eſt ab exercitu Dauid gēs
Abſolonis. Accidit aūt ut Abſolon
occurreret ſeruis Dauid ſedēs mulo
Cūqȝ ingreſſus fuiſſet mulus ſubter
cōdēſā quercū: adheſit caput ei⁹ quer
cui. ⁊ illo per capillos ſuſpēſo muluſ
cui ſedebat ꝑtrāſiuit. Qđ cū nūciatū
fuiſſet Ioab tulit tres lāceas in ma/
ſua: ⁊ infixit eas in corde Abſolonis.
Cūqȝ adhuc palpitaret cucurrerunt
decē iuuenes armigeri Ioab: ⁊ īter/
fecerūt eum. Cū vero nuntius curre/
ret ad Dauid .qui ſedebat īter duaſ
portas: ⁊ ſpeculator dicēt. Uideo ali
quē veniētē: dixit Dauid. O ſi bon⁹
eſt iſte nūtius! Et appropinquās nū/
tius ad Dauid ait. Salue rex. Bñdi/
ctus dñs deus: qui diſꝑſit oēs cōtra
rios regi meo. Et ait rex. Eſt ne pax
puero Abſolōi! Qui rñdit q̄ īfecti⁹

erat. O Dauid pať pĳſſime. O pať
amātiſſ me. Nō cogitauit Abſolōis
rebellionē nō dixit. volebat fili⁹ me⁹
ſb̄ripere regnū meū: iō mērito ē inter
fectus: īmo paťno amore deuictus.
cōſtrictus ē lachrymas fūdeī: ⁊ aſcē
dit cenaculū porte: ⁊ fleuit: ⁊ ſic loq̄/
batur: Fili mi Abſolō. Abſolon fili
mi: quis mihi tribuat ut ego moriar
ꝓ te! Abſolon fili mi: Fili mi Abſo/
lon. Uicebat ḡ paťnus effectus Da/
uid aīuz. vt de mortuo filio: licet ſibi
inimicus nō gauderet: ſed potius an
guſtiaretur. ¶ Tertio filĳ debēt pa
rētes diligē ꝓpť brutorū: ⁊ irratoa/
biliū aīaliū exēplaritatē. Ipſe equi/
dē ſeuiſſ me fere ⁊ aīalia ſiluestria:
ſerpētes feroces: volucreſq̄ꝫ rapaces
ad parētes ſuo modo pietatē exhi/
bēt ⁊ amorē. De ciconia. n. in libro ō
natura aīaliū legiť. Q̄ ſeneſcēs pať:
aut mater eius: ab ea nutritur: alis
cōfoueť: ⁊ Ciconia filia quecūq̄ꝫ pōt
bñficia parētibus īdulget. Quarť ut
dicit Ambro⁹ i exameron. Auis pia
Romanoꝝ ātiquo more appellari ſo
lebat. Sed cū hec loquimur admira
ri debemus: vñ ē ꝙ̄ i multis filĳs tan
ta iniquitas repitur. Nam uſq̄ꝫ adeo
ꝓ leriq̄ꝫ ī patrē: aut ī matrē crudeles
effecti ſunt: vt nō ſolū eos odiāt: non
ſolū nō amēt: ſꝫ mori illos deſiderēt
⁊ affectēt. imo uiſū eſt tēporib⁹ nřis
. ſ. 1470. ī ciuitate Bari filiū gladio
interimere ꝓpriā matrē. O genimia
viperaꝝ. O oīs humanitatis inimici.
O icxhonoratiſſimi filĳ. O ſocĳ pro
ditoris Jude. Et quid nequi⁹ cogita
ri aut dici poteſt vel audiri: ꝙ̄ erga
parētes veſtros veſtrā iniqua ⁊ ma

la uolūtas. Sed ut arbitrari poſſum
triplex eſt cā: cur filĳ parētes exoſos
habēt. ¶ Prima cā eſt filioꝝ ſuperbia
ꝓpter quā egre ferūt ſi a parētibus
corrigātur: ſi illoꝝ reprimať audacia
ſi moneātur vt bene uiuāt. Cōtra ta
les eſt aureum illud dictū Salomōiſ
Audi filĳ mi diſciplinā patris tui: ⁊
ne dimittas legem matris tue: vt ad
datur grā capiti tuo: ⁊ torques col/
lo tuo. Scđa cā quare filĳ odiunt
parētes eſt auaritia. Cupiūt eni do/
miniū ⁊ potātem habē ſuꝑ paternis
⁊ maternis bonis. ⁊ cū id aſſequi nō
valeāt cōtra parētes eōcipiūt odiuꝫ
Nōnulli vō viduas matres ⁊ vetu/
las nūc precibus: nūc blādicĳs falſis
inducūt: vt de ſua dote liberā eis fa/
ciāt donatōem. Qui tñ cū id obtinet
nullā de matrib⁹ cura gerūt. Et ꝓpť
ea caute agēdū eſt ut ꝙ̄diu quis pōt
eſſe bonoꝝ ſuoꝝ dñs: nō det alicui bo
na ſua. Ex hoc ſapiēs eccľ. 33. c. ait. Fi/
lio ⁊ mulieri. fratri ⁊ amico: non des
poteſtatē ſuꝑ te ī vita tua. ⁊ nō des
alienis poſſeſſionē tuā: ne forte peni/
teat te: ⁊ depreceris pro illis. ¶ Ter/
tia cā eſt quare multi filĳ odiūt pa/
rētes illoꝝ luxuria: vt. n. dř Eſdre. 4
. c. Multi demētes facti ſunt cum pro
pter vxores ſuas: propter illas quā/
doq̄ꝫ filĳ parentes moleſtant. expel/
lūt de domo. ⁊ quaſi amplius vide/
re non poſſunt. O filĳ diligite vxo/
res veſtras: ſed non īmoderato amo
re: vt parentum veſtrorum obliuiſca
mini. Mementote ſēꝑ. ꝙ magis dili
gūt vos parētes vři ꝙ̄ uxores vře.
¶ Qualr filĳ debēt cē parētib⁹ ſb̄ie
cti: ⁊ de triplici gradu ſuꝑioritatis

ſpiritualis. temporalis. ⁊ corporaľ.

¶ Capitulum. 2.

SEcūdū myſteriū declarādū
de honore parētū diciť ſb̄ie
ctio. Debēt utiq̄ꝫ filĳ eſſe pa
rētibus ſb̄diti: illiſq̄ꝫ obedire. Et de
hoc dicitur col. 3. Filĳ obedite paren
tib⁹ vřis per oīa. Et eph. 5. Filĳ obe
dite parētibus ueſtris in dño. Hoc
eni iuſtū ē. Honora přem tuū ⁊ ma/
trē tuā: quod eſt mādatū primū ī ꝓ
miſſione: vt bene ſit tibi: ⁊ ſis lōgeu⁹
ſuper terrā. Et Hiero⁹ i epiſtola de
honorādis parētib⁹ ait. Imitamini
filiū Machabeū: qui matri ſuadenti
mortē obediuit. ⁊ duꝝ imperiū gra/
tanť aggreſſus eſt: ne offenderꝫ geni/
tricē. Et redēptor noſter humilitatĳ
magiſter: vt dicitur Luc. 2. c. Erat ſb̄
ditus illi. ſ. Joſeph: ⁊ virgini matri.
Et deutero. 21 c. qñ lex currebat ſeue
ritatis ⁊ iuſtitie dixit deus. Si genu
erit homo filiū cōtumacē ⁊ ꝓteruuꝫ:
qui nō audiat přis ac matris īperiū:
⁊ coartatus obedire contēpſerit: ap
prehēdēt eum: ⁊ ducēt ad ſeniores
ciuitatis: ⁊ ad portaꝫ iudicĳ: dicētq̄ꝫ
ad eos. Filius noſter iſte proteruus
⁊ cōtumax eſt: monita noſtra audiř
cōtēnit: cōmeſſationibus vacat: ⁊ lu/
xurie atq̄ꝫ cōuiuĳs: lapidibus eū ob/
ruat populus ciuitatis: ⁊ morieť: ut
auferatĳ malū de medio ueſtri: ⁊ uni
uerſus Iſrľ audiēs pertimeſcat. No
tādū tñ ſm Alex. i. 3. ꝙ triplex ē gra
dus ſuꝑioritatis: ſm quem debet eſſe
ordinata obediētia. Prima ē ſuꝑio
ritas ſpiritualis. Scđa tēporalis.
¶ Tertia corporalis. ¶ Prima ē ſuꝑ
ioritas ſpūalis: ī qua ē plat⁹ cui obe/

diēdū eſt ī ſpūalib⁹ ⁊ nō ī tēꝑalibus
niſi ꝑ accidēs iq̄ꝫtū tēꝑalia qñq̄ꝫ ordi
nari pñt ad aliquē finē ſpūalē. ¶ 2ª
ē ſuꝑioritas tꝑalis: ī q̄ ꝑeſt dñs tꝑaľ:
qui mādare pōt ea q̄ cōcernūt publi
cū ⁊ cōe bonū: eiq̄ꝫ ſub pena peccati
obediēdū eſt: ut diciť. 41. q. 3. c. q re/
ſiſtit. c. ſi bonū. c. Julian⁹. Et di. 8. c.
que cōtra mores. ¶ Tertia eſt ſuꝑio/
ritas corporalis: in qua přfamilias
preē filĳs. ⁊ oī domui ſue: Et. ſꝫ hāc
př pōt ꝑciperē ea que ꝑtinēt ad neceſ
ſitatē uel vtilitatē. Et ſꝫ hoc filĳ de
bēt parētibus obedire. Uñ ſi paren/
tes mādarēt illa que ꝑtinēt ad ſuꝑ/
iores ſpūaleſ: vtputa ꝙ filĳ ieiunarēt
in pane ⁊ aqua: qđ eſt offm̄ ɔfeſſorū
aut mādarēt ea que ꝑtinēt ad ſuꝑio
res tꝑales: ſine ipſorū volūtate ⁊ au
ctoritate nō eſſet eis obediēdū. Mľ
to minus etiā nō debēt filĳ parenti/
bus obedire in his que cederēt ī de/
trimētū ꝓprie ſalutis: ⁊ eſſet contra
diuinū honorē. Uñ Hugo de ſancto
Uic. ait. Obedire debem⁹ parētibus
in oībus: exceptis his: in quib⁹ dei pa
tris dilectio nō offenderet. Et Hie/
ro⁹ ad Furiā. Honora přeꝫ tuū: ſed ſi
te a vō patre nō ſeparat: tādiu ſcito
ſāguīs copulā: ꝙ̄diu ille ſuū nouerit
cōditorē. Aliogn tibi Dauid ꝓtinus
clamat ⁊ dicit. Audi filia ⁊ vide: ⁊
obliuiſcē populū tuū: ⁊ domū patriſ
tui: ⁊ cōcupiſcet rex decorē tuū. hec
ille. Ex quib⁹ oībus colligim⁹ ꝙ gra
uiter errent hi qui filios aut filias nō
ex leuitate: ſed ex uolūtate bona deo
ſeruire volentes impediunt: ac a pro
poſito bono reuocare nituntur: de q̄
bus diffuſius in ſermone de religione

dicemus. Nūc aūt hoꝛtari tm̄ ſuffici
at iuuenes ꝓpter xp̄m non dubitare
parētibus nō obedire. Ipſe.n. dixit.
Math.io. Qui amat patrē: uel ma
trē pluſq̄ me nō eſt me dignus. Sic
cōfoꝛtabat ſāctus Sebaſtian⁹ iuue/
nes illos fide ⁊ ſāguine: ac paſſione
germanos. Marcū.ſ. ⁊ Marcelianū
dū ꝓ fide xp̄i decolari debebāt. Ad q̄s
aduenere parētes: vt eos a ſācto ꝓ/
poſito reuocarēt. Aduenit ⁊ pꝛimo
mater: que ſoluto crine ſciſſiſq; ueſti/
bus ubera oſtēdēs aiebat. O pꝛedul
ces filij circūdat me iaudita meſtitia
⁊ intolerabilis luctus. Heu me miſe
ram: amitto filios ad moꝛtē ultro tē
dētes: quos ſi mihi hoſtes auferrent
per media ſequerer bella raptoꝛes. ſi
violēta iudicia cōcluderēt: carcerem
irrūperē moꝛitura. Nouū hoc pereū
di genus eſt: in quo carnifex rogatur
ut feriat: uita optat̃ ut pereat: moꝛs
imitatur ut veniat. Nouus hic luct⁹
noua miſeria: in qua natoꝝ iuuentus
ſpōte amittitur: ⁊ parētū miſerāda
cogitur ſenectus ut ueniat. Hec dicē
te matre pat̃ ſenioꝛ adducitur mani
bus ſeruuloꝝ: ⁊ puluere aſperſo capi
te huiuſmodi uoces dabat ad celuꝫ:
Ad moꝛtē ultro ꝓficiſcētibus filijs
vale dicturus adueni: vt que mee ſe/
pulture parauerā: in filioꝛum ſcpul/
turas expēdā īfelix. O filij baculus
ſenectutis mee: ⁊ geminū uiſcerū meo
ra lumē. Cur ſic moꝛtē diligitis? Ue
nite huc iuuenes: ⁊ flete ſuper iuue/
nes ſpōte pereūtes. Uenite huc ſenes
⁊ mecū ſup̱ filios plāgite meos. De/
ficite ploꝛādo oculi mei: ne uideā fili/
os meos gladio cedi. Aduenerūt et̃.

cōiuges cū filijs lamētantes. int̃ hec
ceperūt coꝛda martyꝝ moleſcē: quoſ
tm̄ ſāctus Sebaſtian⁹ ſuis v̄bis dul/
ciſſimis ꝯfoꝛtauit: adeo vt ꝓ xp̄o aīo
ſe pati nō dubitarēt. Et ſic decollati
ſunt. Quo exēplo edocēt̃ iuuenes ñ
eſſe illis curādū: ſi in his que ad aīe
ſalutē ꝓpꝛie: ⁊ ad dei ſpectāt hono/
rē: a parētibus cōtrariū pꝛecipit̃: ⁊
ob hoc ſint eis inobedientes: vt deo
pareant.
¶ Q̄ filij debēt cū parētibus cōuer
ſari. cum benignitate. cū humilitate.
⁊ cum pietate. ¶ Caplm̄. 3.
Tertium myſteriū declaran/
dū de honoꝛe parētū dicit̃
conuerſatōis. debēt vtiq; fi
lij cū parētibus cōuerſari ut debent
⁊ expedit tripliciť. ¶ Pꝛimo cū beni/
gnitate. ¶ 2° cū humilitate. ¶ 3° cū pie
tate. ¶ Pꝛīo cū benignitate: vt ſint
eis benigni ad cōſolādū eos: nō ad
cōtriſtādū: Nā ut īquit Hiero⁹ hēt
quādā ſenectus infātiā. Solēt vtiq;
ſenes eſſe tedioſi. ſuſpitioſi. querulo/
ſi. īmundi. ⁊ ī domo inutiles. Nō tm̄
ꝓpterea filij debēt ꝑ impatiētiā uer
bis illos exaſperare. Uñ Hier⁹ ingt.
Nemo parētes aſperis uerbis ledat
hoc oꝛa filioꝝ aſpernētur quod pa/
rētes ledat audire. Et idē Hiero⁹ ď
honoꝛādis parētibus ait ad filios.
Audite filij ſalutiferam iuſſionē: ⁊ p̄
cepta legis affectu debiti amoꝛis im
plete. Seruite patrib⁹: futuri patres
⁊ matres ueſtras tenera diligite pie
tate: ⁊ ut ueſtre cōiuges mereantur
matrū noīe nūcupari. Nemo patrem
aſperis verbis ledat: ne fiat amara
dulcedo. Hoc tm̄ ſit iter parentes ⁊

filios ꝙ dño iubēte natura cōtinuit.
Affectus tamē ſonet quicquid ligue
dixerint liberoꝝ. Int̃ caras coniun/
ctaſq; perſonas pietatis iura ſeruēt̃.
hoc filioꝝ oꝛa loquant̃: qď delectat
parentes audire. Et iterū ſupꝛadicto
libello ideꝫ ait. Meret̃.n. cecitatꝭ ſue
ſbire ſuppliciū: qui parētū vultus uł
toꝛuo viſu deſpexēit: ⁊ elatis oculis
leſerit pietatē. Si quicq̄ ſapitis filij
eo animo videte venerabiles facies:
quo nos ipſi cōſpiciūt. ⁊ eoꝝ labꝛis
dulcibus oſculis inherere: qꝛ eoꝝ oſcu
la adhuc habetis in mēbꝛis. Senib⁹
ſeruire ꝑfacile eſt: quos nemo potat
nemo nutrit ſucco cōpoꝛis ſui. Sequa
tur itaq; parētū ſenectus: ⁊ factorū
ruꝫ viciſſitudo reddatur. hec ille. Cō
trariū aūt faciētib⁹ multa mala eue/
niūt. Uñ idē Hiero⁹ vbi ſup̄. Irreue
rēs aūt filius qď a dño ip̄e mereatur
Salomonis dicta teſtātur. Cōtume/
lijs afficiēs p̄rēꝫ ⁊ contēnens ſenectā
m̄ris: cōfūdet̃ ⁊ in obpꝛobꝛijs erit.
Fili⁹ derelinquēs cuſtodire diſciplinā
p̄ris: meditabit̃ ſmōes malitie. Ma/
ledicēti p̄rem ⁊ matrē extinguet̃ lu/
men: ⁊ pupille oculoꝝ eius videbunt
tenebꝛas. Audi fili p̄rem ꝗ genuit te:
nec cōtēpſeris qꝛ ſenuerit mater tua.
Parcat patri lingua quā genuit: ⁊
matrē ſuā nemo crudeli verbo ꝑcu/
tiat. Sic te rapiet fili iuuenilis etatꝭ.
auctoꝛitas vt noueris vñ ſis natus.
Memēto ſcripture ſācte: vbi ſpū ſā
cto loquēte dictū ē. Qui maledixēit
patrem aut m̄reꝫ moꝛte moriat̃. hec
ille. Que oīa breuib⁹ v̄bis cōpꝛehen/
dēs ſapiēs eccl̄iaſtici. 3. c. ait: Fili ſuſci
pe ſenectā patris tui: ⁊ nō cōtriſtes

eū ī omni vita tua. Si defecerit ſēſu:
veniā da illi. Suſcipe inquit ſenectā
laboꝛioſā ⁊ oneroſā recoꝛdās infan/
tie tue quādo flebas: turbabas do/
mū: inquietabas doꝛmiētes: fatiga/
bas m̄rem. fetebas pānos: ⁊ alia faci
ebas quibus infātilis etas ſolet eſſe
moleſta. Sicut.n. tolerauit pat̃ aut
mater imo ſuſcepit: ⁊ adiuuit īfantiā
tuā. ſic ⁊ tu ſuſcipe ⁊ ñ abhoꝛreas ſe
nectā illoꝝ. Sequit̃ ſapiēs ī auctoꝛi/
ctate pꝛeallegata. ď. patris tui nō ali
eni: nō canis: nō inimici: ſꝫ p̄ris tui ca/
ri genitoꝛis amatoꝛis ⁊ bñfactoꝛis.
O q̄ dulce vocabulū pat̃ aut mater
O q̄ gratū verbū filius aut filia. hic
Hiero⁹ ad matrē ⁊ filiā in Gallijs
cōmoꝛātes ait. Mater ⁊ filia nomia
pietatis officioꝝ vocabula vincula na/
ture ſunt. hec ille. Caueāt autē filij:
ne quod abſit deficiētes ſēſu parētes
ďrideāt ⁊ maledicātur: ſicut ⁊ Chā
ꝗ maledictus fuit eo ꝙ Noe p̄re ſuo
doꝛmiēte eū diſcoop̄tū irriſit: vt hēt̃
Geñ. 9. c. ¶ Scďo filij debēt cū pa/
rētib⁹ ꝯuerſari cū humilitate illos re
uerēdo atq; timēdo. Maxime autē
filij debēt timē ne ſua culpa aut defe
ctu a p̄re vel a m̄re maledicāt̃. Eſt.n.
hoc modo paterna aut m̄na maledi
ctio ſagitta vulnerās. ⁊ penetrās in/
tima coꝛdis filioꝝ maloꝝ. Uñ Aug⁹.
.22. li. de ci. dei narrat ꝙ apud Ceſa
riā Capadocie quedā nobilis matro
na fuit viri deſtituta ſolatio .io. fili/
os hñs: ſeptē mares ⁊ tres feminas.
Quadā aūt vice mater ab eis offēdi
tur: ⁊ maledictōeꝫ filijs īpꝛecat̃. Su/
bito īpꝛecationē m̄ris diuina vidicta
ſbſequit̃: ⁊ oēs pena hoꝛribili: ⁊ filij

feriūtur. Nā oēs tremore ſūt horri/
biliter pcuſſi. Quapropť nimiū dolē
tes: ⁊ cuiū ſuoꝝ oculos nō ferētes: p
totū orbē vagari ceperūt. Et q̄cūq̧
ibant oium in ſe puocabāt aſpectuꝫ.
Ex his aūt duo frater ⁊ ſoror Pau
lus ⁊ Palladia hyponiā venerunt:
⁊ Auguſtio quod ſibi aduenerat nar
rauerūt. Cūq̧ iam. 15. dieb⁹ aū paſca
ecclesiā beati Stephani frequētātes
ſanitatē ab ipſo martyre multis p̄ci/
bus poſtulaſſēt: in ipſo die paſce. cuꝫ
frequēs populus p̄ns eſſet orōe fctā
ante altare ſācti Stephani ambo fr̄
⁊ ſoror ſurrexerūt pariť ſani. O filij
ſuperbi. O filij parētib⁹ vriis inſultā
tes. O filij irreuerētes. inobediētes.
⁊ cōtumaces timete paťnā ⁊ mater
nā maledictionē. Timete inſup ⁊ di/
uinū iudiciū. nā ſicut longa vita ſpe/
rāda eſt ab illis q parētes honorāt:
vt hētur exo. 20. c. ⁊. 3. ita ⁊ breuiſ ui
ta: ⁊ infelicitate plena a malis filijs ē
ptimeſcēda. ¶ Tertio debēt filij cū
parētibus cōuerſari cū pietate illis
.ſ. in īfirmitatibus. neceſſitatibus. ⁊
antiquitate pie ſbueniendo cū facul/
tas adeſt. Unde hiero⁹ vbi ſup̄ ait.
Exolue fili quod debes ⁊ officia de/
bita qualicūq̧ exhibe famulatu. parē
tibus vō nemo reddē pōt quātū te/
neť. Et Ambro⁹ ſup Lu. ait. Si paue
ris inquit matrē nō reddidiſti ei cru
ciatus: quos p te paſſa eſt. non labo/
res quib⁹ te guſtauit. nō alimēta que
tibi miniſtrauit. Audi ēt hiero. O
īgrate fili vbi ſ̄. d. Quid ipſa memo
rē nutrimēta: ⁊ tenere īfātie dulces
iniurias: quas nutritoris affect⁹ de
ſuis parabolis ſumit. Quid cibos in

matre cōfectos: qui femineis manan
tes ex mēbris lacteū ſoluūtur ī ſuccū
⁊ inualidas fauces liq̄do ſapore pfun
dūt. Cogēte nā ſumūt īfātes de ma/
tre qđ bibāt: ⁊ dēte ñ nato hoc ſibi
currētibus labris eliciūt: q̄ non ſit ne
ceſſe mordere. Seruiūt materna po/
ſteris pectora: ſeruiūt ipſis ī cunabuľ
manus ⁊ terga mēbris deuoluta la/
ctētiū: gratos artus accipiūt. Optat
mater paruulū creſcē: optat cito vi/
dere maiorē: quē min⁹ iuuenē nutriť
feſtinat: nūq̄ ſibi forſitā ſeruituꝝ: hi[s]
tot tātiſq̧ precedētib⁹ factis parēti/
bus ⁊ matri: tota debꝫ alacritate ſer
uiri. hec ille. Prout fecit illa filia licet
pagana: quā laudat Ualeri⁹ Rica đ
pietate erga patētes. hec mrēm adiu
dicatā vt fame moriretur ī carcē per
dies plīmos: fingēs ſe viſitatōis cau
ſa ad eā accedē velle: īpetrato a car/
ceris cuſtode aditu: tñ bñ excuſſa: ne
ſibi alimēta portaret pprio lacte ſu/
ſtētauit. Qđ dū iudici īnotuiſſet ma
tri donauit vitā admirās filie pieta/
tem. Curēt igiť ſeruare filij que dcā
ſūt: patres vō ⁊ mrēs caueāt ne ipis
p q̄buſlibet minimis defectib⁹ male/
dicāt. hoc iđ dico q̄ ſolēt plēs mulie
res nō poſſe loq̄ abſq̧ maledictōib⁹
⁊ blaſphemijs. O feroces mrēs cur
filios vrōs quos portaſtis ī vrō tot
maledictōibus iugulatis! Ut tñ ppi/
tius ſit deus oīb⁹ tā parētib⁹ q̄ filijs
cōſulo: vt hac die q̄ primū ītraueritl.
domū: añq̄ cōmedē incipiatis oēs fi/
lij ⁊ filie corā prib⁹ ⁊ mi ibus genufle
xi veniā petāt ⁊ poſtulēt benedici.
At ⁊ ipſi parētes eos amplexantes:
dulciť oſculēť ⁊ bñdicāt: ſicq̧ aegreť.

in hoc ſeculo dei gratias: ⁊ in futuro
eterna gloria: in qua uiuit ⁊ regnat
Marie virginis fili⁹ amoroſus redē/
ptor noſter Jeſus: qui vt nobis da/
ret ex⁹ honorādi parētes: vt diť Lu
cas erat ſbditus illis Joſeph: ⁊ Ma
rie: vt dictū eſt ſupra. Amen.

¶ Dominica de paſſione īfra diē de
maledictionib⁹ diuerſaꝝ creaturarū
irratōabiliū. ⁊ intellectualiū: ⁊ ipſi⁹
dei oium creatoris ¶ Sermo. 55.

Demoniū hēs. Judeoꝝ blaſ/
phematiū xpm. Uerba ſunt
iſta originalr̄ Job. 8. c. ⁊ in
euāgelio hodierno. Cōtremiſcūt vi/
ſcera mea: ⁊ cor meū fit gelidū totuꝫ
cū cōſidero deteſtabilē horribilemq̧
xpianoꝝ abuſū: qui p̄ſūpſerunt iā pu
blice relaxare linguas ſuas ad male/
dictiōes: ⁊ ad blaſphemias dei ⁊ ſā
ctoꝝ celi. Eſt aūt hoc malū adeo cō/
mune: adeo generale: adeoq̧ ātiquuꝫ
atq̧ iueteratū: vt ppťea videať ple/
riſq̧ aut paruuꝫ: aut ſatis leue pctm̄
vel certe nullū quo fit ut iā in vicis.
in plateis. in domo. in foro. ī ciuitate.
ī agro reſonet ꝯtumelia dei ſummi: ⁊
bñdicte mrīs eius: ⁊ alioꝝ ſāctoꝝ. Et
licet nōnulli cōfiteāť ⁊ accuſēt ſe ma
ledicēdo ⁊ blaſphemādo peccaſſe. ni
hilominus nolūt credē peccati huius
grauitatē. Eapropť in preſēti ſermo
ne đ peccato maledictionis: ſub quo
⁊ blaſphemiā intercludemus aliqua
neceſſaria ſtudebim⁹ declarare. vt ſic
qui ad pniam verā voluerit redire:
intelligūť q̄tū ipſis cauēdū ſit a ma/
ledictis. Nā ⁊ iudei peſſimi dño Jeſu
xpo maledicētes: merito vidētur ab
horrēdi: multo forti⁹ ⁊ ipſi xpiani: q

fidē eius pfitēť. Diſtinguemus g̊ tri
plicē maledictionē.
¶ Prima eſt facture irrationalis.
¶ Scđa creature ītellectualis.
¶ Tertia nature diuinalis.
¶ Q nō debēt xpiani maledicē crea
turis irratōabilib⁹: eo q̄ ordinantur
ad hoiem p ſbuētionē ſignificationē:
⁊ p modū cōtinētis. Caplm. i.

Prima maledictio eſt facture
irratōalis: cū. ſ. quis maledi
cit terre. lapidib⁹. arborib⁹.
aialibus. pluuie. vētis. ſoli. ⁊ lune. ac
ſilibus. Et de hac maledictōe ſāctus
Tho. 2ª 2ᵉ q. 76. in qt. Maledicere
rebus irratōabilib⁹ īquātū ſūt crea/
ture dei eſt peccatū blaſphemie. mā/
ledicere aūt eis ſm ſe cōſideratis eſt
ocioſū ⁊ vanū: ⁊ per ꝯſequēs illicituꝫ
Sed poſſet aliq̄s arguē oſtēdēdo
nō eſſe illicitū maledicere creaturis
irratōabilib⁹. Prīo q̄ vt hēť. 2. Re/
gū. i. Audita Dauid morte Sauľ ⁊
Jonathe maledixit mōtib⁹ gelboe.
Scđo q̄ xps vt hētur Math. 21. ⁊
Marci. xi. Maledixit ficulnee: ī qua
nō inuenit niſi folia. Tertio q̄ Job:
vt dicitur eiuſdē. 3. maledixit diei ſuo
⁊ dicebat. Pereat dies in qua nat⁹
ſum: ⁊ nox in qua dictū ē: cōceptus ē
homo: dies illa vertatur in tenebras
¶ Rñdet Tho. vbi ſupra q̄ bñdictio ⁊
maledictio ppe pōt ptinere ad illam
rē: cui pōt bonū aut malū cōtingere.
.ſ. rōali creature. Ipſis g̊ irratōabili
bus diciť cōtingere bonū aut maluꝫ
in ordine ad creaturā ratōalē: ppť
quā ſūt. Ordināť aūt creature irra/
tionaleſ ad hoiem tripliciť. Primo p
modū ſbuētionis: inquantum ex eis

ſtuenit humane neceſſitati. ⁊ h̄ mō a
deo: Gen̄.3. p⁹ peccatū primoꝝ paren
tū maledicta ē terra. vt. ſ. p ei⁹ ſterili/
tatē hō puniret Et deutero .28. de⁹
dixit. Si audire noluerꝭ. vocē dn̄i dei
tui: vt facias ⁊ cuſtodias oīa māda/
ta ei⁹ ⁊ cerimōias q̄s ego p̄cipio ti/
bi hodie. veniēt ſup te oēs maledi/
ctiones iſte ⁊ apprehēdēt te. Male/
dict⁹ eris ī ciuitate: maledict⁹ ī agro:
maledictū horreū tuū. ⁊ maledicte re
lique tue: maledict⁹ fruct⁹ vētris tui: ⁊
fruct⁹ terre tue. armēta bouū tuoꝝ :
⁊ greges ouiū tuaꝝ. ¶ Scdo ordinā/
tur creature irratōales ad hoīem p
modū ſignificatōis: ⁊ ſic xp̄s maledi/
xit ficulnee in ſignificationē ſynago/
ge: ⁊ iudaice gentis: que nō hēbat ni
ſi folia. v̄ba. ſ. legis ſin̄ fructū. Et ꝑpt
ea merito debebat areſcē : ⁊ auferri
ab ea regnū dei: qȯ ſignificatū fuit ī
ficulnea a xp̄o maledicta. 3ᵒ ordināt
creature irratōales ad ipſū hoīeꝫ ꝑ/
pt̄ modū ꝯtinētis: aut tp̄is: aut loci.
Et ſic Job maledixit diei ī qua nat⁹
erat ꝑpt̄ culpā originalē: qua naſcen
do ꝯtxerat. Jta ꝙ maledictio illa nō
arguit ī eo aliquā īpatiētiā: ſꝫ tm̄ ar
guit ⁊ explicat ꝙ die q̄ nat⁹ ē ⁊ ꝯce/
pt⁹ ꝯtxit originalē culpā: q̄ radix eſt
oīum paſſionū quas patimur ī hac ui
ta. Dauid īſup maledixit mōtib⁹ gel/
boe ad explicādā cedē: q̄ ī eis fcā fue
rat. ꝑpt̄ea dicebat cū fletu ⁊ lachry
mis. Mōtes gelboe nec ros nec plu/
uia veniat ſup uos: ī qbus ceciderunt
īcliti iſrl̄. Saul ⁊ Jonathas amabl̄eſ
⁊ decori. aqlis velociores. leonib⁹ for
tiores. filie Jſrl̄ ſup Saul flete. Et
ego doleo ſup te fr̄ mi Jonatha. q̄re

n̄ ē ꝯhēdū ī ꝯſeq̄ntiā: vt unuſqſq; pro
ſuo libitu ſcūrꝭ. irrōabilib⁹ maledicat
¶ Nꝫ hō n̄ dꝫ maledicē creaturis itel
lectualib⁹. ſ. creature īfernali. creat̄e
t̄reſtri ⁊ celeſti. ¶ Caplm̄. 2.

Ecūda maledictio ē creat̄e
intellectual̄ : q̄ adhuc triplex
ē. Pria ē creat̄a ītellectual̄
īfēnal̄: q̄ ē diabol⁹ : cui inq̄tū creat̄a
dei ē: nō lꝫ maledicē. Un̄ ī ep̄la Jude
Cū alt̄caret Michael cū diabolo de
corpe Moyſi: nō fuit auſus ī cū iudi/
ciū īferre blaſphemie. Alt̄catio āt illa
vt dic̄ glo. erat: q̄ꝛ diabol⁹ volebat in
uenire corp⁹ Moyſi. qȯ p⁹ mortē: vt
hēt̄ deutero. 33. Deo volēte vbi ſit
ignorat̄: ⁊ diabol⁹ volebat vt ſciret̄:
vt ſic t̄hēt populū ad idolatriā . Sꝫ
āgel⁹ ꝓhibebat. ⁊ tn̄ cū diabolo ꝯtē/
dēs nolebat blaſphemar̄ eū. Jdcirco
Hiero⁹. 24. q. 3. c. ſi igit̄. ait. Si igit̄
Michael n̄ fuit auſus diabolo: ⁊ cer
te maledictōis digniſſimo iudiciū in/
ferr̄ blaſphemie: q̄to magꝭ nos ab oī
maledicto puri eē debem⁹ ! Mēbat̄
diabol⁹ maledictū h̄ p os archangeli
blaſphemia exire n̄ debuit. ¶ 2ᵃ crea
tura ītellectualis dici pōt t̄reſtris. ſ.
hō: cui pōt q̄s tripl̄r maledicē. Prio
ex ꝯformatōe dei ⁊ amore iuſtitie. ⁊
de hac dr̄. 24. q. 3. c. cū ſci viri. Cū ſci
viri maledictōis ſniaꝫ ꝓferūt: n̄ ī hanc
ex uoto vltōis: ſꝫ ex iuſticie amore ꝓ/
rūpūt. Sic Gen̄. 9. dixit Noe. Male
dict⁹ puer Cham: ſu⁹ſit ſi uꝫ ſuoꝝ. ſic
actꝭ. 8. Petr⁹ maledixit Symoni . d.
Pecūia tua tecū ſit ī ꝑditōe. ¶ 2ᵒ pōt
q̄s hōi maledicē ex q̄dā leuitate vel
ſb̄reptōe: ſic̄ ſolēt mlt̄i facē: lꝫ ocioſe
⁊ beſtial̄r: q neſciūt loq cū ſocio ſine

maledictōe. d. Sis ſuſpēſus per gu/
las: naſcat̄ tibi vermis canis: ⁊ ſilia .
¶ 3ᵒ pōt q̄s hōi maledicere ex liuore :
odio: ⁊ aīo malo. ⁊ h̄ cū ſit cōtra ca/
ritatē: peccatū eſt mortale. ¶ Tertia
creatura intellectualis dicit̄ celeſtial̄
cui nullo pacto maledicē lꝫ. Sꝫ heu
q̄d referā! nā tāta ē corruptelā xp̄ia/
noꝝ: vt p nihilo ducāt blaſphēare ſā
ctos: ⁊ gl̄oſā v̄ginē Mariā. Et ſicut
hi q boni ſūt deuotōeꝫ hn̄t ad virgi/
nē. ⁊ vltra illā ſuū patronū ⁊ aduo/
catū fecerūt ſāctū Antoniū. Aliq ſan/
ctū Frāciſcū. aliqui ſāctū Nicolaū. ali
qui ſāctā Katarinā: ⁊ hi⁹ita peſſimi
⁊ maligni blaſphematores blaſphe/
māt virginē beatā: ⁊ p ſua mala de/
uotōe. Aliq ſāctū Antoniū. aliq Frā/
ciſcū. Clarā. ⁊ hi⁹. O ingratiſſimi pec
catores. O furētes aī . O venenoſa
⁊ amariſſima lingua. O deniq; ꝑdi/
tiſſimi hoīes. Et quid mali fecere vo
bis ſācti! Jn q̄ nocuerūt vobis! An n̄
aſſidue ꝑ vr̄a ſalute ītercedūt ad do
minū! None ⁊ virgo illa piiſſima mr̄
gr̄e. fōs miſericordie ꝑ nobis īdefeſſa
eſt aduocata! Quid ḡ blaſphematis
illā ⁊ reliquos ſāctos ! Sꝫ reuera ſi
ſeruaret̄ illud qȯ dr̄ ī. c. ſtatuim⁹. ex̄
de maledicꝭ. ſ. ꝙ publice blaſphemā/
tes deū vel virginē ſāctiſſima: vl̄ ali/
quē ſctōꝝ publica pn̄ia p. 7. ebdoma
das pūiret̄: ī q̄ꝝ. ſ. q̄lꝫ. 6. feria ī pāe ⁊
aq̄ ieiunarēt: facerentq; alia q̄ ꝯtinēt̄
ibi. ꝑfecto nō ita de leui ꝓrūperēt ī
blaſphemias. ⁊ lꝫ pn̄ie ſint arbitrarie
vt tactū ē ī precedētib⁹. tn̄ laudo ut
hi q audiūt ꝯfeſſiones ipſos blaſphe
mos n̄ ita de leui abſoluāt: q̄ꝛ facultaſ
venie tribuit īcētiuū delinq̄uēdi: ꝑpt̄/



ea arguēt illos aſpe: increpēt dure: ⁊
pn̄iaꝫ iniūgāt ſalutiferā ⁊ fructuoſā
Quiſnā nō videt q̄ta dilizētia op⁹
ſit ad blaſphemos ⁊ maledicos emē
dādas. Difficile ē vtiq; malā ꝯſuetu/
dinē derelinquē. O v̄e mala ꝯſuetu/
do qua hoīes xp̄iani iniuriāt̄ deo: ⁊
ſāctis ei⁹. Jn hac ſoli xp̄iani demerſi
ſūt : qm̄ n̄ ē aliqua natio neq; iudeoꝝ
neq; gētiliū ⁊ paganoꝝ: in q̄ tot ſint
blaſphemie ⁊ maledictōes ſic̄ ī popu
lo xp̄iano.
¶ Nꝫ pctm̄ maledictōis ⁊ blaſphēie
dei ē ḡue: tū rōe abhoīatōis . tū rōe
ſuꝑatōis. tū ēt rōe ꝯtriatōis . Cap. 3.

Ertia maledictio ē nat̄e di/
uinalis. cū. ſ. q̄s de deo male
loq̄t̄ ꝯuitia ⁊ ꝯtumelias ma
ieſtati ſue īferēdo. ⁊ de h̄ dic̄ Ric. de
. ſ. Uic. Sceleratiſſimū gen⁹ pcti ē qn̄
q̄s in dei vituperiū delectat̄. Et glo.
ſup illo v̄bo Jſa. 18. c. Ad populū ter
ribilē . ⁊c. Oē pctm̄ blaſphemie ꝯpa/
tū leui⁹ ē. Et iterꝫ ibi. Nihil ē horribi
li⁹ blaſphemia: q̄ ponit os ſuū ī celū .
q̄tū v̄o ḡue ſit pctm̄ maledictiōis. ⁊
blaſphemie colligi pōt ex triplici rōe
¶ Prima dr̄ abhoīatōis. ¶ 2ᵃ ſuꝑatio
nis. ¶ 3ᵃ ꝯtrariatōis. ¶ Pria dr̄ ratō
abhoīatōis. Jn veti ſiq̄dē teſtō ab/
hoīabāt̄ p̄res ātiq uſq; adeo peccatū
blaſphemie. ꝙ ex mādato dei de blaſ
phemia ꝯuictū lapidabāt. Un̄ Leuitꝭ.
24. dixit dn̄s. Educ blaſphemū ext̄
caſtra: ⁊ ponāt oēs q audierūt ma/
nus ſuas ſup caput ei⁹. ⁊ lapidet euꝫ
oīs popul⁹. Jnſup ꝑores illi p̄res au/
dire deteſtabāt̄ eos q blaſphemabāt
Jō actꝭ. 7. Arbitrātes : lꝫ falſo Ste/
phanū blaſphemare cū dicit . Uideo

celos apertos.ꝛc. Cōtinuerūt aures
ſuas ne.ſ.ſ3 gl.audirēt blaſphemātē
⁊ ñ ſolū audire:ſ3 etiā noīare nō au/
debāt vocabulū maledictōis .Uñ cu3
accuſarēt Noboth:vt hēt.3.regl.22
bñdixit deo ⁊ Regi.i.maledixit . Et
Job.vt hēt eiuſdē.i.Offerebat ho/
locauſta ꝓ filijs ſuis.Dicebat .n.Ne
forte peccauerit filij mei.⁊ benedixe/
rint deo.i.maledixerit.Simil'r ⁊ tē/
poribus his abhoīabilis ē blaſphēia
apud īfideles.nā qcūqꝫ blaſphemar3
deū i terris turchoꝝ:aut ſarracenoꝝ
ğuit puniret. Ob qð aut nunq̄ꝫ aut
ſatis raro ſētiūt ibi v̄ba blaſphemie
⁊ maledictōis.O xp̄iani p̄ncipes.O
poteſtates ſecl'ares.O cuiuſl3 reipu .
p̄res curate:⁊ vos legib⁹ hōcſtis pu
nire blaſphemos:ne deteriores infi/
delib⁹ hēamini.¶Scða rō oſtēdēs
ğuitatē maledictōis:⁊ blaſphēie dei
dr̄ ſupatōis.Superat.n.tria pecca/
ta grauiſſ.ma ⁊ execrāda.¶Primum
ē pc̄tm̄ paganoꝝ ſeu īfideliū:qꝛ ut ait
Tho.2ª ſcðe.q.13.Infidelis ea de ðo
dic.⁊ loqr̄ q̄ l3 falſa ſint.tñ credit eē
v̄a.Xp̄ian⁹ v̄o blaſphemās loqr̄ ↄtra
v̄itatē :quā credit.Scðm ē pc̄tm̄ ho
micidaꝝ:vt.n.dic̄ Tho.ibidē q̄tū ad
nocum̄tū mai⁹ peccatū eſt homicidiū
q̄ꝫ blaſphemia:eo qꝫ magis noc3 ho/
micida hoī iterfecto :q̄ꝫ blaſphemus
deo blaſphemato.Sed q̄tū ad obie
ctū mai⁹ pc̄tm̄ eſt blaſphemia :q̄ꝫ ho/
micidiū:qꝛ homicida l3 iterficiendo
hominē offēdat deū.tñ p̄ncipal'r itē
dit offēdere hoīem.Sed blaſphem⁹
⁊ maledic⁹ itēdit principal'r ⁊ dire
cte offendē ipſū deū.¶Tertiū ē pc̄tm̄
iudeoꝝ crucifigentiū xp̄m. Uñ Aug⁹

ait.Magl. peccāt blaſphemātes deū
triūphātē i celis: q̄ꝫ q crucifixerūt eū
ambulātē i terris.Rō hui⁹ ē ſ3 Alex.
in.2.ſūme.tū qꝛ iudei nō cognouerūt
ipſū eē deū.Uñ Apoſtol⁹ ait . Si co/
gnouiſſēt : nūq̄ꝫ deū glīe crucifixiſſet
Sed q deū blaſphemāt cognoſcunt
illū eſſe deū.tū etiā qꝛ iudei nō ꝓmiſe
rūt ei fidē i baptiſmo:ſic̄ xp̄iani:tū qꝛ
ſit maior iniuria rōe maioris ſtatus .
¶Tertia rō oſtēdēs grauitatē pc̄ti
maledictōis ⁊ blaſphemie dr̄ ↄtria/
tōis.Cōtrariat nāqꝫ blaſphemia ⁊
maledictio dei.¶Primo nature.¶2°
ſcripture. 3° creature.¶Primo cōtriat
nature:q̄ dcāt bñfactorē ſuū eē cog°
ſcēdū.Nā ⁊ ſuo mō h' faciūt aues ce
li ⁊ piſces maris ⁊ beſtie terre : q̄ꝫto
magis ad id obligat hō rōalis . ⁊ tñ
iter oīa bñficia:q̄ magna ⁊ multa ſūt
a bono deo hoī collata bñficiū ligue
ē vnū ſingl'are p̄ſtātiſſimū ⁊ egregiū.
O blaſphemator ingrate.O feralis
mēs.O ipudica ligua.Cur ñ ſolū ðo
tuo grās ñ agis:ſ3 qð pei⁹ ē illū crude
liter maledicis?Cur ñ ſolū bñfactori
tuo laudes ipēdis.ſ3 illū poti⁹ turpit'
vilipēdis?Cur tñ bñfactorē ñ ſolū ñ
recoguoſcis:ſ3 poti⁹ ita ihoneſte blaſ
phemas?Dedit tibi ipſe liguā :vt tu
cū illa laudares eū:⁊ bñdicēs nomen
ſāctū ei⁹. 2° blaſphemia cōtrariatur
ſcripture. Ip̄a vtiqꝫ admonet hortat
nos:vt bñdicam⁹ deū.Uñ Thobie.4
.c.ſcribit.Oī tp̄e bñdic deū.Et eccli.
.39.Bñdicite dñ3 i oīb⁹ opib⁹ ſuis.Et
Dauid pſal.15.Bñdicā dñm q tribuit
mihi itellectū.Et pſal.33.Bñdicā d. i
o.t.ſ.l.e.i.o.m.Et pſal.144. Per ſin
glos d.b.t.⁊.l.n.t.i.e.⁊.i.ſ.ſ.Et Ro.

.12. Bñdicite ⁊ nolite maledicē. 3°
blaſphemia ↄtrariat creature.oīs.n.
creat̄a laudat ⁊ bñdic̄ deū. Uñ Aug⁹
i ſermone vni⁹ martyris iquit.Oīa q̄
cūqꝫ fecit deus laudāt deū. Audiſtis
in bñdictionibus ⁊ auditis in oī ſo/
lēnitate qñ legūtur:qm̄ oīa laudant
deū.celeſtia.terreſtria.āgeli homies.
luminaria celi.arbores t̄re.fluīa. ma/
ria.qcqd de⁹ creauit ſiue in celo:ſiue i
terra:ſiue in mari/laudat deū. Hec il
le.⁊ ſācta mat' eccl'ia i matutinis cā/
tat hymnū triū pueroꝝ:i camīo ignis
oēs creaturas iuitātiū ad laudes : ⁊
bñdictōem dei.Quid reſpōdeti. igit
o blaſphemij ad voces oīum creatu
raꝝ.angeli celi laudāt ⁊ dicūt clamā
tes.Bñdictus deus.ſol .luna. ⁊ ſtel/
le.⁊ oīa celeſtia corpora dicūt bene/
dictus deus.Terra aqua.aer.ignis .
⁊ cūcta que i eis ſūt dicūt bñdictus
deus.Boni ⁊ recti viri dicūt benedi
ctus deus.⁊ vos cōtra morē oīum
aliaꝝ reꝝ maledicitis:niſi forte dixeri
tis qꝫ exemplū ſumitis ab his qui ſūt
dānati in inferno. de quib⁹ dr̄ apoc.
.16.Blaſphemauerūt deū celi pre do
loribus ⁊ vulneribus ſuis.O ğ īfer/
nales hoīes.O blaſphemi diabolici:
q nō niſi cū dānatis blaſphemādo:⁊
maledicēdo cōformatis ⁊ cōcōdatis.
Idcirco apparet q̄ꝫ ğue ſit peccatum
veſtꝝ.ꝓpterea clamauit Iſai.i.c.Ue
genti peccatrici:populo graui iniqta
te.ſemini neq̄ꝫ .filijs ſceleratis . blaſ/
phemauerūt deū Iſrl'.abalienati ſūt
retrorſum.⁊ mēito ꝓpħa coīcat blaſ
phemantib⁹ ⁊ maledicētib⁹:qꝛ ꝓpter
blaſphemias ⁊ maledictōes idigna/
tus de⁹ eti.i p̄ſēti ſeculo blaſphema

tores flagellat ⁊ exterminat.Eſt de
hoc exēplū.4.Re.19.de Senacherib.
ob cui⁹ blaſphemiā angelus vna no/
cte exercitū illius aggrediēs .185. mil
lia hoīum iteremit.Ipſo tādē Sena
cherib a ꝓprijs filijs iterempto. Re/
fert inſup Greg⁹ in.4.dial.li.q̄ Ro/
me puer.5.ānoꝝ blaſphem⁹ in brachi
is p̄ris exñs:iuſto iudicio dei a diabo
lo ſuffocat⁹ ē.ꝓpt' h' peccatū etiā de⁹
mittit peſtilētias . famē. ⁊ guerras :
vt dr̄ 27.q.2.c.flagitia.in glo . ⁊ in
auc̄.vt nō luxuriet cōtra nām. ⁊ ut
ego vidi dieb⁹ meis Italia ſepi⁹ flagel
lata eſt multis tribulatōib⁹ ⁊ peſti/
lētijs.puto ꝓpter fetorē ſodomie:⁊
ipietatē blaſphemie nam licet multa
ſint alia peccata q̄ cōmittūtur.hec tñ
duo cōtaminare uidēt quaſi oē3 car
nē:⁊ vt de blaſphemia dicā nō ſunt
ab ea mūdi ⁊ puri.dñi.nō ciues.ñ ru
ſtici.nō agricole.nō artifices.nō viri
nō mulieres:⁊ qð auditu horribile ē
nō ſacerdotes.ñ religioſi.Ex oī nāqꝫ
ſtatu grādis multitudo extat:q̄ loqt'
v̄ba blaſphemie.O Italia tāto vi/
tio dep̄uata.O populi tāto ſcelē de
turpati :timeo ne deſeuiat cōtra nos
furor dei.Corrigat igit' vnuſqſqꝫ ſe
ipſū ⁊ refrenet linguā ſuā:oēſqꝫ pari
ter laudem⁹.⁊ bñdicam⁹ deū : q bñdi
ctus eſt ⁊ laudabilis ꝑ īfinita ſecula
ſeculorum .

¶Feria ſecunda qnte ebdomade de
peccato inuidie qua laborabāt pħei
cōtra xp̄m Jeſum.¶Sermo .56.

Miſerūt principes ⁊ pħei mi/
niſtros vt apprehēderēt Je
ſū.Scribūt hec verba Joħ.
7°.c.⁊ in euāgelio hodierno.Como/

uebāť pħei ꝛ ſcribe ɔť pˀſſimū Jeſū
ex liuoꝛe ꝛ inuidia:qꝛ nō poterāt ſuf-
ferre:vt alicui maioꝛ honoꝛ exhibere
tur ꝙ̄ ipſis.ꝛ ꝓpterea nō eſt mirādū
ſi ita ſeueri fuerūt cōtra inocētiſſimū
filiū virginis.Jō Gilbertus poꝛ.ait.
Jta obliquat inuidia vt rectū nā nō
videat.Et Se.ad Luc. Perit oē iudi
ciū cū res ī affectu trāſit.hoc aūt vitiū
ſatis īfeſtat miſeros moꝛtales: adeo
vt uix poſſit aliqs īmo nullˀ euadere
laqueos īuidoꝝ.Jdcirco ī pn̄ti ſmōe
de īuidia crimˀ dicturi.de q̄ tria my-
ſteria ꝓponimˀ pncipalr̄ declarāda.

¶Primū dr̄ diffinitio.

¶Secundum offenſio.

¶Tertiū cōditio.

¶Qualr̄ diffinit a doctoꝛibˀ qd: ſit
inuidia:ꝛ ꝙ doloꝛ ex bono alterius
pōt ꝓuēire ex timoꝛe:ex defectu:ꝛ ex
malignitate. ¶Capl̄m.i.

Primū myſteriū declarandū
de īuidia dr̄ diffinitio. ī q̄ vi
dēdū ē qd ſit īuidia.Et Jo.
Dama.li.z.ſuaꝝ ſniaꝝ ait. Jnuidia ē
triſtitia de alienis bonis.Pꝛo cˀ de-
claratōe notādū ſꝫ Alex.z.volumie
ſūme.ꝛ Tho.zᵃz.q.37.Qꝛ doloꝛ de
alteriˀ bono pōt triplr̄ ꝓuēire.¶Pꝛi
mo ex timoꝛe ꝓpo cū qs dolꝫ de bo-
no alicˀ.qꝛ v̄iſimilr̄ timet ſibi:vel aliſ
nocumētū īferri.Et hūc doloꝛē Arl̄.i
.z.rheto.dic̄ n̄ eē īuidiā: ſꝫ effectū ti-
moꝛl̄.de q̄ Gre.li.zz.moꝛ.ita ait.Eue
nire plerūq ſolꝫ:vt n̄ amiſſa caritate
ꝛ inimici nos ruina letificꝫ:ꝛ rurſ ˀeiˀ
bonū ſīn īuidie culpa ɔtriſtet:cū ruē
te eo: quoſdā bn̄ erigi credimˀ:ꝛ pfi
ciēte illo q̄ſdā iiuſte opꝑmi foꝛmidaˀ
rōablr̄ nāq vnuſqſq magl.diligē dꝫ

ſeipꝫ ꝙ̄ alios:ꝛ cōe bonū ꝛ ml̄toꝝ:ꝙ̄
ꝑticlare ul̄ vniˀ.Sic letabāť de ma-
lo pharaonis filij Jſrl̄:q exo.i5.dice-
bāt.Cāteˀ dn̄o.gl̄oſe.n. honoꝛificatˀ
ē:equū ꝛ aſſeſſoꝛē piec̄ i mare:ꝛ duꝫ
erāt ī captiuitate ī manu eiˀ dolebāt
de ꝓſꝑitate illiˀ.Jdipſū fecerūt de ꝓ
ſꝑitate ꝛ aduerſitate Holofernis ¶Ali
oꝝq q populū dei vexare pſūpſerūt.

¶Et pōt ꝓuēire doloꝛ de alteriˀ bono
ex defectu.cū.ſ.qs dolꝫ n̄ ꝙ pximˀ bo-
nū ill̄d hēat: ſꝫ qꝛ ill̄d ſibi deficit: ꝛ ſi
qs dolꝫ ex defectu boni:qð n̄ ē v̄e bo
num male agit ſic dolendo: vt ſi qs
doleat:qꝛ n̄ foꝛnicať:ſic̄ ml̄ti faciūt:ꝛ
ſimilia.Si v̄o doleat:qꝛ n̄ hꝫ bonū qð ē
v̄e bonū ꝛ honeſtū.recte agit:ꝛ cum
doloꝛ tal̄ circa honeſta v̄ſať ſꝫ Arl̄.
.3.rhet.vocať zelˀ.de h̄ dicebat Pau
lus.z.coꝛ.i4.c.emulā ī ſpūalia.ꝛ Hie
roˀ ad Letā de īſtitutōe filie.hēat ſo
cias:cū qbˀ adiſcat:qbˀ īuideat.q̄ꝝ lau
dibˀ modēať ¶Et pōt ꝓuenire doloꝛ
de alteriˀ bono ex malignitate ꝛ iniq
tate qn̄ diſplicꝫ ml̄tl.abſq ipſoꝝ ɔmō
vl̄ īcōmodo ꝙ alij hēant bonū. ꝛ h̄
vt pl̄imū ɔuenire ſolꝫ ex inani gl̄ia.vn̄
Gregˀ.xi.moꝛ.ait. Pꝛia nāq ſobo-
les īanis gl̄e ē q̄ dū oppꝛeſſā m̄tē coꝛ
rūpit:īuidiā mox gignit: qꝛ dū vani
nois potētiā appetit:ne qs hāc aliuſ
adipiſci valeat:tabeſcit.ꝛ ex h̄ ē ꝙ in
uidia ſolꝫ eē iť pes:qꝛ vnuſqſq appe
tit alios ī gl̄ia ſꝫ ſuū ſtatū:aut ḡdū
ſupaŕ.Un̄ nūꝙ̄ ruſticˀ aut agricola in
uidebit doctoꝛi de ſcīa:nec mulr̄ īui-
debit militi de ſtrenuitate:vl̄ foꝛtitu
die:nec mercatoꝛ aut ciuis religioſo
de fama ſc̄titatis.ꝛ ſic de alijs. Sed
vnuſqſq īuidꝫ alt̄i de his bonis:q̄ ul̄

ip̄e hꝫ:l̄ hr̄e ītēdit.Et tn̄ ſi h̄ fiat aīo
deliberato cū ſit ɔtra caritatē: pc̄tm̄
ē mōtale.Caritas iḡt apl̄s.i. coꝛ.izº
.c.nō emulatur.

¶Qꝛ maligna beſtia īuidie ſēꝑ offē-
dit v̄tuoſos ꝛ ſāctos viros.vt ex ml̄
tis pꝫ exēplis. ¶Capl̄m.z.

Secūdū myſteriū declarādū
de īuidia dr̄ offēſio.h̄.n.be-
ſtia maligna offēdit ſemper.
virtuoſos ꝛ ſc̄tōs viros.vn̄ Ualeriˀ
li.4.de amoꝛe ꝛ dilectōe ait. Nulla
tā modeſta facilitas ē:q̄ malignitatl̄.
dētes vitare poſſit.Et Scīi.de ɔſola
tōe ad Paulinū.Jnimica ē ſēꝑ aliēis
ꝓfectibˀ inuidia.Et Ouidiˀ.i. de re-
medio amorl̄.Sūma petit liuoꝛ per-
flāt altiſſimi vēti.Sūma petūt dex-
tera fulmina miſſa iouis.Et Oꝛatius
Sepiˀ vētis agitať ingēs pinˀ:ꝛ cel-
ſe grauioꝛe caſu decidūt turres:feri-
untq ſūmos fulgura mōtes.Et Hie
roˀ ī epitaphio ſcē Paule. Sēꝑ v̄tu-
tes ꝓſeqť īuidia:feriūtq ſūmos ful-
gura mōtes.Et.n.oēs ſc̄i emulos ha
buerūt.Jn ꝑadiſo q̄q ſerpēs fuit: cˀ
īuidia moꝛs ītrauit ī oꝛbē t̄raꝝ. Jp̄e
quoq dn̄s nr̄ Jeſus xp̄s ꝫ lo ē crucifi
xus.hec ille.Hec ē.n.illa īuidia de q̄
dr̄ ſapiē.z.qð ī auctoꝛitate Hiero.ē
iā dictū.Qꝛ.ſ.ꝑ illam moꝛs ītrauit in
mūdū.hec ē illa fera peſſima: ꝓpter
quā fr̄es Joſeph eū īterficē tēptaue-
rūt.ꝛ tādē vēdiderūt hiſmaelitl̄. di-
cētes pr̄i:ꝙ fera peſſima deuoꝛaſſꝫ eū
Hec ē ꝓpť quā Saul odio graui cō
motˀ fuit ɔtra Dauid:tēptās ſepius
illū ꝑimē:qð ꝛ feciſſꝫ:niſi Jonathas
pꝛemonuiſſꝫ eū.vt hēť.i.Reg.i8.Jnui
debat aūt ei Saul:qꝛ pˀ īnt̄fectū Go

liath:ꝛ debellatos philiſteos ad euꝫ
puelle cātabāt.Saul percuſſit mille:
ꝛ Dauid decē milia. Quid dicā de
antiq̄s Romanis:q toto oꝛbe clariſ-
ſimi:ꝛ ſue reip.zelatoꝛes fuere p̄cipui
None īuidie moꝛſibˀ laniati extitere
Patꝫ hˀ ī Furio Camillo:de q̄ ſcribit
Hoꝛoſiˀ ꝛ Litˀ Liuius.Qꝛ cū Roma
nus exercitˀ ꝑ io.ɔtinuos annos ma-
gnas clades accepiſſꝫ:creatˀ dictatoꝛ
cū capanetibˀ ꝛ faliſcis maxīa cū ꝓſꝑi
tate ɔflixit.ꝛ victis duobˀ populis:
p̄da īter milites ptitˀ ē.Deīn Ueiētiū
ciuitatē obſedit:quā tādē cepit.Jſta
victoꝛia fuit cū tāta gl̄ia Romanoꝝ
ꝙ dictatoꝛ ſublatl̄.ad celū manibˀ:pꝛe
catˀ eſt ꝙ ſi cui deoꝝ Romana felici-
tas nimia videreť eiˀ īuidia ſb̄ aliquo
ſuo īcōmō ſauciareť:atq iť p̄ces ſubi-
to lapſu c̄cidit.Qð omē ſꝫ Ualeriū
ad ſui dānationē:qua poſtea ꝑſſus ē
ꝑtinuiſſe tradiť. Nā poſtꝙ̄ ad vrbē
triūphās redijt:tribuni multiq ciueſ
Camilli v̄tute emuli diffamabāt gl̄i
am eiˀ cōtēdētes hoſtilē p̄dā nō eq̄
iure fuiſſe diuiſā.ꝛ iſta pēdēte īuidia
faliſcoꝝ ciuitatē Romano ſbegit im
perio. Pˀ qð A.L.Apulegio tribūo
plebis accidˀ ꝓpter īequā Ueiētiuꝫ
p̄de diſtributōeꝫ ītercurrēte illis die
bus adoleſcētl̄.ſui filij moꝛte.vt hic ī
publico ꝛ ide p̄uato crutiareť īcom-
mō:ī exiliū pelliť dānatˀ.i5. millibus
eris.Camillus v̄o ab vrbe diſcedens
hūilr̄ deos p̄catˀ eſt:vt ſi h̄ iniuſte pa
tereť:ꝙ̄ ꝑmū ſe ciuibˀ ꝛ īgrate patrie
dabilis ortū hꝫ ex diſcretione rōis
Non. n. oꝫ ꝓcedē ex ipetu: ſꝫ ex cā
rōnabili. Et qꝛ de aliqbꝰ defectibus
rōnabile non erat. vt xp̄s ſe p̄ eoꝝ
aſſumptōem humiliaret. qꝛ potiꝰ ex
illa humiliatiōe ſe inutilē q̄ vtilem
reddidiſſet: ſicut ſi fuiſſet cecus vel
gibboſus: ⁊ hiꝰ iō tales defectus nl'
lo modo voluit aſſumē.

Qꝛ equū fuit defectꝰ penalitatis i
xp̄o repiri. Cap. 2.

Secūda ꝯ° dr̄ eqtatis Equū
eteni ⁊ rōabile fuit ſupradi
ctos defectꝰ ⁊ penalitates i
xp̄o repiri ꝓpter tria.
P̄ ꝓpter p̄ciū noſtre ſalutis.
2° ꝓpter exēpluꝫ v̄tutis.
3° ꝓpt fulcimētū nr̄e fragilitatis.
P̄ ꝓpter precium noſtre ſalutis:

qꝛ ꝓpoſuerat nos in coꝛruptibilib⁹
ſ. auro ⁊ argento redimẽ. ſ; precio-
ſo ſanguine ſuo: vt dicit̃ p̃ͤ petri p̃. c
Et aĩam ſuã ponere ꝓ animab⁹ no
ſtris. Ad hoc autem non fuiſſet ido
neus: niſi nãꝫ deficientem ⁊ paſſibi
lem aſſumpſiſſ;. Et ſi ꝯ hoc obijcit̃
ſicẽ ſũme iuſticie repugnat defectus
culpe: ſic ſũme potentie repugnat de
fect⁹ fragilitatis ⁊ impotentie. Sed
deũ ſũme iuſtũ nõ decuit hr̃e defectũ
culpe: nec in ſe nec in nã aſſumpta.
g̃ pari rõne nec defectũ penalitatis
⁊ impotentie. R̃ndere poſſumuſ ſm
Boñ. ꝙ hec ſimilitudo tenet ſi ꝯpa
ret̃ infirmitas ⁊ culpa ad nãm diui
nã. In natura enim diuina ſicut nl̃
la põt eſſe iniuſticia: ſic nulla põt eẽ
impotentia. Si aũt ꝯparent̃ ad na
turã aſſumptã: ſic nõ h; ṽitatẽ pro
eo ꝙ ipſa infirmitas põt eſſe mã ex
ercẽde ṽtutis. ṽtus. n. infirmitatl ex
ercet̃ potiſſime in ꝑpeſſione terribi
liũ: eoꝝ maxie que moꝛtẽ inducũt.
Culpa ṽo ⁊ iniqtas omnino aduer
ſant̃ iuſticie ⁊ vituperabile reddit
ſub; in quo eſt. Infirmitas ṽo red
dit magis laudabile: qñ eſt ꝯiũcta
ĩteriori ṽtuti animi ſcḋm meriti ſta
tũ. 2ͦ fuit rõnabile chriſtũ p̃ſatoſ
defectus aſſumere per exẽplum vir
tutis. Spãliter autem humilitatl ⁊
patientie: quib⁹ mediantibus ꝑuẽi
tur ad celũ. ⁊ in quib⁹ chriſtus nos
ip̃; voluit imitari. vt dr̃. 93. di. c. dñſ
3ͦ fuit ꝯueniens ꝓpter fulcimen
tũ nr̃e fragilitatl vt. ſ. fragilitati nr̃e
ſuccurreret manifeſtando nobis ṽi
tateꝫ aſſumpte nature. Hanc rõem
tangit mgr̃ ſniarum in littera. Sed

ꝯtra ipſam poſſumus arguere: qꝛ ĩ
reſurrectione glorioſa nõ erunt hi⁹
defectus. g̃ per hos defectus non ꝓ
batur veritas humane nature. Ad
hoc r̃ndet alex. in 3ͣ qꝛ vt ſcribitur
ad cor. p̃ͤ. 15. c. Seminatur corpus
animale: ſurget aũt ſpũale. Et pri⁹
eſt quod animale: deinde quod ſpi
rituale. iõ aliud eſt oſtendere veri
tatẽ corporis vt eſt ſpũale: aliud vt
eſt animale. Nam vt corp⁹ eſt aĩa
le indiget alimento: vt ſpũale non.
Similit̃ aliud eſt oſtendere ṽitateꝫ
aĩe: vt eſt vnita corpori aĩali. aliud
vt eſt vnita corpori ſpũali.

Q; iſti defect⁹ ex alia cauſa ſunt ĩ
nobis: ⁊ ex alia in xp̃o. Ca. 3.

Tertia ꝙͦ dr̃ cãlitatis. Nam
vt dicit mgr̃ ſniarum in 3ͦ.
di. 15. c. 3. ex alia cã ſunt iſti
defect⁹ ĩ nobis: ⁊ in xp̃o. In nobis
enĩ ſt̃ ex nccitate ꝯtracti. ſed in xp̃o
ſunt ex voluntate aſſumpti: ait eniꝫ
textus ſic. Ex ſola voluntate miſe
ſeratõnis de noſtro in ſe trãſtulit ve
rã infirmitatem ſicut accepit veraꝫ
carnem. Quod declarat dñs Boñ.
d. ꝙ nos defectus a parentibus tra
himus ꝓpter legem ꝓpagationis ⁊
legem ꝯcupiſcẽtie: que militat ĩ iſtiſ
mẽbris. Nam paſſibil' generat paſ
ſibilem: ⁊ habens legem ꝯcupiſcen
tie in membris generat filium ſub
iectum ꝯcupiſcentie ex reatu cuius
ꝯcupiſcentie inſunt ꝓli omnes ꝑna
litates. Et ꝓpterea dicũt̃ oẽs iſte pe
nalitateſ in nobis ꝯtracte quaſi ex
ꝯcurſu duoꝝ tracte. ſ. ꝓpagatõil nẽ
⁊ corruptõis ꝯcupie. In chriſto ãt
ſecus. Ipſe enim neutro modo fuit

ꝓpagatus. nec ſm ꝓpagatõeꝫ legis
nãlis: nec ſm corruptõem libidinis
ſ;. ſ. ſ. adueniẽs in ip̃a ṽgine ⁊ ip̃am
fecũdãs carnẽ ei⁹ ab oĩ feditate cor
ruptõis purificauit: paſſibilem aũt
reliqt. Ex illa aũt carne ip̃e fili⁹ dei
edificauit ſibi corpus ĩmaculatũ: ⁊
illud corp⁹ vniuit ⁊ ſibi cũ aĩa rõali
que quidẽ ĩmunitatẽ habuit a cl̃pa
⁊ in ſe ⁊ in carne ꝯiũcta. ⁊ ſicẽ ĩmu
nitatẽ hũit a reatu culpe: ſic ſm or-
dinẽ diuine iuſticie ĩmunitatẽ habẽ
debuiſſet a paſſibilitate miſerie. ꝙ g̃
in carne illa remanſit penalitas: h̃
fuit ex diſpẽſatõne ip̃ius aſſumẽtis
ꝯcurrente ſimul acceptione illi⁹ aĩe
rõnalis: que in p̃mo inſtanti ſue cre
ationis habuit vſum cognitõnis ⁊
placuit ſibi tali corpori vniri ꝓpt̃ ſa
lutẽ generl hũani. Et ſic p; ꝙ tales
defectus ĩ xp̃o fuerũt nõ neceſſitate
gnãtionis: ſed voluntate diſpenſatõ
nis: voluntate inquã diuina p̃ueniẽ
te: ſ; voluntate creata cõicante. Di
cim⁹ autẽ fuiſſe a voluntate diuina
nõ tanꝗ̃ infligente de nouo ſ; tãꝗ̃
a relinq̃nte in acceptatõne aĩe xp̃i:
cũ in eius arbitrio eſſet ⁊ volũtate
defectus illos excludere xp̃m. Hec
Boñ. in 3. di. 15. art. i. q. 3. Cõſidere
mus g̃ nos q ſaluari cupim⁹: qualr̃
aĩa ei⁹ hñdicta ab inſtãti ſue creatõ
nis p̃uidit oẽs labores: q̃s ip̃e paſ-
ſurus erat in. 33. annis in h⁹ vite pe
grinatõe. p̃uidit ꝙ in p̃ſepio frigore
⁊ pauꝑtate cruciari debebat. ꝙ in
deſertis egypti cũ mr̃e pauꝑcula cẽt
ꝑegrin⁹. ꝙ in terra aliena penuriaꝫ
ſuſtineret. ꝙ in ieiunijs orõibus ⁊
vigilijs ⁊ ſui corporis vulneribus

a iudeis ĩllatis eſſet fatigandus: ⁊
tñ ꝓmpte bẽigne ⁊ liberaliter dixit
magis ꝯtentor nãm humanaꝫ aſſu
mere cũ penalitatib⁹: vt ſaluet̃ mũ
dus: ꝗ̃ ſine penalitatib⁹: vt dãnet̃
mundus. O pelagus amoris Ieſu
xp̃i. o fornax ſuccenſa nimis illi⁹ aĩe
benedicte: Quo poterim⁹ nos ṽmi-
culi ꝯdignas ⁊ debitas gr̃as perſol
uere tanto redemptori: qui nõ niſi
ex amore tam ſtupenda facẽ digna
tus eſt ĩ aſſumpta carne. Amor fcẽ
eũ lachrymari. amor fecit euꝫ ꝑegri
nari. amor fecit eũ vulnerari. amor
fecit eũ ṽberari. amor fecit eũ in cru
ce mori. O aĩa inſignita imagĩe dei
dilige xp̃;: dilige inquã illum qui ẽ
tu⁹ legitim⁹ ſponſus: quem vides ĩ
amore tuo nunc vagientem in pre-
ſepio. nunc fatigantẽ in itinere: nũc
orantẽ in ſolitudine: nũc flentẽ ĩ cru
ce vt te ducat ad regnum eterne be
atitudinis: in quo ip̃e xp̃s reg̃t. am̃.

Feria 4ͣ poſt tertiam dñicam de
aduentu. Sermo de morib⁹ Ieſu:
⁊ qualit̃ aĩam ſuã benedictã cũ paſ
ſionib⁹ regulauit.

Fruct⁹ 17⁹ Ieſus rectus morib⁹.

Medius aũt. Qm̃ in p̃cedẽ
ti fructu de defectibus a
xp̃o aſſumptl aliqua di
ximuſ in generali: ꝯueni
ens eſt vt in p̃nti ſermone aliqd di-
cam⁹ in ſpeciali de ipſis defectib⁹ ſ;
ꝙ reſpiciunt aĩam rõnalem. qꝛ ipſe
dei fili⁹ verbũ caro tã ex ꝑte corpis:
ꝗ̃ ex ꝑte aĩe ordinatiſſim⁹ adeo: vt
nihil ſupfluũ aut diminutuꝫ ĩ aſſũpͦͤ
nr̃e nẽ valeat ĩ ipſo repiri. Et qniaꝫ

in anima eſt potentia iraſcibilis:idcirco videbim⁹ quēadmodū xp̄us q̄stū ad iſta tria aīam ſuā b̄ndictā cū paſſiōib⁹ regulauit. Erit aūt fructus h⁹ ſermonis. Jeſus rect⁹ moribus. Pro cui⁹ declaratōe tres cōduſiones ſunt notande.
Prima dicit̄ excluſionis.
2ᵃ dicit̄ cōtriſtationis.
3ᵃ dicit̄ cōturbatōnis.

Qȝ xp̄us non habuit defect⁹ ignorantie. Cap. i.

Prima cō° dr̄ excluſiōis. Nā dn̄s noſter ieſus xp̄s q̄stuȝ ad potentiā rōalem voluit a ſe excludē defectū ignorātie: vt docet mgr̄ ſniarū di. 14. c. 2. tertij li. ⁊ rō eſt ꝑ Boñ. di. p̄dicta. ar 2. q. i. quia nec xp̄ȝ decebat. nec nobis expediebat. xp̄m nō decebat. qꝛ aīa ei⁹ debuit eē deiformis. Ac ꝑ hoc repleta luce ſapie ⁊ rectitudine iuſticie. ignorantia aūt p̄uatio eſt ſcie: ⁊ pōt eē via in errorē ⁊ obliquatiōem a rectitudine iuſticie: ac ꝑ hoc xp̄o non cōpetebat. nobis ēt nō expediebat: quos veneāt redimē: dirigē: ⁊ docere: qđ facē nō potuiſſet ſi hūiſſet defectum ignorātie. Inde ē qđ Anſ. ait. in li. Cur de⁹ homo. Illa aſſumptō i vnitateȝ pſone filij dei nō niſi ſapient̄ a ſūma ſapia fiet: ⁊ iō nō aſſumet in hoīe qđ nullo° eſt vtile. ⁊ iteꝝ idem Quō tot ⁊ tanta faceret opa ſiñ immenſa ſapia. Et iteꝝ. Quō illi crederent hoīes ſi illū ſcirēt neſcientē. Si āt neſciret ad qđ erit vtilis ei ignorātia. Sȝ circa hoc cōtingit dubitare qꝛ Jo. daī. loquens de v̄bo incarnato ait. Opȝ ſcire ꝙ ſeruilem ⁊ ignorantē nām carnē aſſumpſit. ⁊ Leo papa in ſermone de epyᵃ. ait. Adorauerūt infanteȝ in nulla ab aliorū gnālitate diſcretū: ſȝ gnāliter alij infantes ſit̄ ignorātes. g̊ ⁊ chriſtus in ſua infantia habuit ignorantiaȝ. 3° arguit̄ qꝛ ſcia inflat: ſȝ xp̄us ſūme ſe humiliauit: ⁊ defect⁹ iſtos aſſumpſit q faciūt ad humilitatē. g̊ debuit hr̄e defectū ſcie. Ad hoc rn̄det̄ ⁊ ꝑ q̄stuȝ ad p̄mū ꝑ dn̄m Boñ. ꝙ Damaſcenus non attribuit ignorantiā ⁊ ſeruilitatē nē aſſumpte rōne iſti⁹ ſingularis nature: que fuit uerbum copulatuȝ in vnitatem pſone: ſȝ q̄stum ad alias nās cōſimiles in ſpē: q̄ſi dicēt aſſumpſit nām nr̄am: q̄ eſt ignorās nō in xp̄o ſȝ in nob. Aliud dictum Leonis pape ē. ad qđ rn̄detur: ꝙ loqt̄ de xp̄o de his q̄ exterius apparebāt. Ad 3ᵐ dicit̄ ꝙ duplr̄ ē loq̄ de ſcia. aut ꝓut ē abſq̧ caritate aut ꝓut ē caritati cōiuncta. Si loq̄mur de ipa ꝓut eſt a caritate diuiſa ſic dic̄ apo⁹ ꝙ inflat. Si aūt accipit̄ ꝓut ē caritati cōiūcta: ſic non ē via ad inflationeȝ: ſȝ poti⁹ ad rectitudinē ⁊ edificatiōem. ⁊ hoc mō fuit in xp̄o: de c⁹ ſcia in ſequētib⁹ pleni⁹ lo° ſuo dicem⁹. Nūc āt q̄stū ſpectat ad p̄ns ꝓpoſitū nobis ſufficiat intelligē ꝙ xp̄s ignorātiam nullo mō ſecum hr̄e voluit. Ex quo colligim⁹ q̄ꝫ grauit̄ errat q ignorātiā ſtudet magnificare: quaſi in ea aliqd pfectōis inueniant: quos qđ aliud dixerim q̄ꝫ beſtiales ⁊ brutales. Nā vt ſcribit̄ 38. di. c. ignorantia. Ignorātia aūt ē mr̄ cunctoꝝ erroꝝ. Et de qua Aug in li. de v̄bis apl̄i dic̄. Peſſime mr̄is ignorant̄ e: peſſime inde filie due ſit̄ falſitas ⁊ dubietas: illa miſioꝛ: iſta miſerabilioꝛ: illa pnicioꝛ: iſta moleſtioꝛ. Quare ⁊ xp̄s in exēplū dȝ eē oībus vt ignorātiā fugiant.

Qȝ xp̄s habuit potentiam cōcupiſcibilem. Ca. 2.

Secūda cōcluſio dicit̄ cōtriſtatōnis. Uoluit nanq̧ de⁹ ꝓpter potentiā cōcupiſcibilē cōtriſtari ꝑm illō Ma. 26. Triſtis ē aīa mea vſq̧ ad morteȝ. ⁊ iteꝝ ibidem. Et cepit cōtriſtari ⁊ meſtus eſſe. Hoc idē patȝ qꝛ fleuit ſup hieruſalē: vt ſcribit̄ Luce 19. ⁊ rō eſt ꝑm Ric. di. 15. tertij li. qa ſicut ex cōiunctōe rei amate cū app̄henſione eiuſdem cātur in appetitu paſſio delectatiōis: ſic ex cōiunctōne rei odite cū apphēſione eiuſdē cātur in appetitu paſſio triſtitie. Et qꝛ res de ꝓximo ⁊ certitudinalr̄ futura cōſiderat̄ q̄ſi iaȝ p̄ns ꝓpter inſtātē ꝓpinqtateȝ ⁊ infallibilitatē: iō nō ſolū reſpectu rei odite cū eſt p̄ns: ſȝ ēt reſpectu rei odite infallibilr̄ ⁊ de ꝓximo future eſt paſſio triſticie. vñ ꝑ phm in 2° rhetoꝛice. illi q iaȝ decapitant̄ non timēt vidētes ſibi necitatē imminē: ſȝ triſtant̄. ⁊ iō qꝛ ſenſualitas aīe xp̄i mortē recuſabat: cū app̄hendit ipam: vt de ꝓximo ⁊ infallibilit̄ vēturā fuit in ei⁹ aſpectu ſenſitiuo paſſio triſtitie. Sȝ cōtra hoc arguere poſſum⁹: qꝛ vt dicit phus 3°. ethicoꝝ. Eadē magl. eligenda ſunt ſine triſtitia q̄ꝫ cū triſtitia. ſȝ xp̄s optime ſciuit eligē. g̊ magis voluit redimere gen⁹ humanuȝ ſine triſtitia q̄ꝫ cū triſtitia. vt pȝ Iſa. 42. c. ꝺ xp̄o dicit̄. Nō eſt triſtis: neq̧ turbulēt⁹ Et ꝓv̄. 12. Nō cōtriſtabit̄ iuſtus qđ qđ ei acciderit. Et Seneca ꝓbat nīl' triplici rōne ꝙ triſtitia nō cadit in ſapientē. ⁊ fundamētū ſue rōnis ē: qꝛ v̄tutē nihil ledere pōt: ſicut nihil potuit eā auferre: g̊ ſi xp̄s vere ſapiēs fuit: ⁊ v̄tutē incōcuſſam habuit: paſſionē triſtitie nō ſenſit. Ampli⁹ nullus triſtat̄ niſi de eo: qđ fit ꝯ voluntatē ſuā: ſȝ ꝯ voluntatē xp̄i nihil fieri potuit. g̊ nō videt̄: ꝙ in ſe triſticiaȝ habuerit. Rndet̄ ad hoc ꝑm dn̄m Boñ. di. 15. ar. 2. q. 2. tertij li. ⁊ Ric. ibidē ꝙ pōt eſſe triplex triſtitia.
Prima eſt ꝓpter rōnis impium.
2ᵃ eſt ꝯ rōnis iudicium.
3ᵃ eſt ſubiecta rōnis impio.

Prima triſtitia eſt que cōſurgit ex quadā necitate ⁊ ſurreptōne: ſicut mot⁹ p̄mi: ⁊ hec qdē cōis ē ſapientibus ⁊ inſipiētib⁹ bonis ⁊ mal'. 2ᵃ triſtitia ē in q̄ rō ſubijcit̄ ſenſualitati: nec tm̄ turbat̄: ſed ēt pturbat̄. 3ᵃ triſtitia ē qñ qs triſtat̄ rōe dictāte ⁊ ſuadēte ipm tm̄ ⁊ talit̄ ſup aliq̄ debē triſtari. ⁊ iſto 3° mō fuit hec in xp̄o. duob⁹ aūt p̄mis modis nō fuit in eo triſtitia. Et ꝑm hoc ſoluuntur auctes. Ad illud v̄o quod vltīo adducebat̄ ꝙ nihil ꝯ voluntateȝ xp̄i euenit: dicēdū ꝙ hoc eſt veꝝ de voluntate rōiſ abſoᵃ: nō aūt ē veꝝ de voluntate ſenſualitatiſ l' cōditōaᵃ. Cōtriſtatus ē g̊ xp̄s cū videret ſuos laboꝛes ⁊ hoīum ingratitudinem ac multorū peccata ⁊ dānatōem. ⁊ quia oīa tam preterita q̄ꝫ p̄ntia q̄ꝫ futura clare videbat ab inſtanti ſue cōceptōis Idcircō ſepius cōtriſtabat̄ ⁊ afficiebat̄ meroꝛe adeo vt de ipo legat̄ in

q̄dā cpl'a q viſus ē flere:ridē autē nūq̄s. O q̄ pia mēs humana moueri debȝ cū chriſtū dei filiū. annis ſemp in amaritudine ꝯtēplaſ. vide qn̄o ꝯtēplaſ. vide queſo o aia mea ⁊ iſpice diligēter q̄liſ bñdict⁹ Jeſus ſemper triſtatur ſiue ſit puerulus i cuna vagiens. ſiue ſit in maternis brachijs ſemper geſtatus: ſiue ſit in medio doctorum: ſiue ſit in conuiuijs: ſiue conuerſeſ cum diſcipulis ſiue doceat in templo: ſiue miranda operetur. Interroga ipſum ⁊ dic ei O letitia angelorū. O gaudiū aiaruȝ ſanctaꝝ. Cur nō letaris int' homines. Et ſtatiȝ dicet tibi. O anima mea ego cōtriſtor ꝓpter te. ego ꝯtriſtor ꝓpter peccata tua: ꝓpter q̄ ego nō niſi dolere debeo. Ego cōtriſtor: qꝛ video quot anguſtijs: quot cruciatibus: quot laborib⁹ aiam meaȝ exquiro. Et tñ ob ingratitudineȝ ⁊ ignorātiā de me nō curāt: me fugiūt me ſpernūt: ⁊ diabolū ſequētes me abbominabūſ. Cōtriſtabaſ g̃ xp̄s ob mltas hi⁹ cauſas: ⁊ quanto plura videbat: ⁊ cognoſcebat voluntati ſue ꝯtrariari: tanto vehementior in eo erat triſti^a.

Q xp̄s potentiam iraſcibilem habuit. Ca. 3.

Tertia ꝯcluſio dicit ꝯturbationis. Scd̄m .n. catholicā ṽitatē in xp̄o fuit ꝯturbatio ⁊ ira q̄ntū ad potētiam iraſcibilē: ſicut pȝ Jo. 2. qn̄ eiecit emētes ⁊ vēdētes de templo. Sȝ ꝯtra hoc obijcitur ꝑ ſm̄ augl. de ciui. dei. Perturbatio paſſionū a ſapientibus ⁊ bonis ita regiſ: vt malint eā non habere q̄s vincere. Sed dicit Gre. li. 5. moraliū q ita p zelū ſapiētes turbat. g̃ cum xp̄us fuerit ſapientiſſimus ⁊ optim⁹: maluit eā nō habere q̄s vincere. Iteȝ ſup illō Job. 5. Viꝝ ſtultum interficit iracūdia. Gre. ira p vitium oculum mentis excecat: ita per zelum turbat. ſȝ oculos mentis in xp̄o nec excecari potuit nec turbari: cuȝ ipē eſſet i cōtinuo vſu ꝯtēplationis. g̃ non vr̄ q aliq̄ affectio ire in eo affuerit. Rñdetur ad hoc ſȝ Ric. in 3°. di. 15. q ira tripliciter pōt accipi. vno° pro ſup abūdātia q̄ ſm̄ ph̄m 4°. ethicorum. 7. e. dicit iracūdia: ⁊ ſic ira nō fuit i xp̄o. Alio° accipiſ ira p voluntate iudicandi aliquod male factum: ⁊ ſ ira eſt in appetitu intellectio: ⁊ hoc mō nō fuit in xp̄o. 3°° accipitur ira p q̄dam paſſione appetitus ſenſitiui inſurgente ex apprehenſione illate iniurie vt poſſibilis vindicari: q̄s nis cū difficultate. Si .n. apprehendaſ iniuria vt nō poſſibiliſ vindicari: nō inſurgit niſi paſſio triſtitie. Si apprehēdaſ vt poſſibilis vindicari abſq̄ omni difficultate: tūc inſurgit paſſio ire: qꝛ tūc talis vindicta non apph̄endiſ ſub rōe ardui. Hoc 3°. fuit paſſio ire i appetitu ſenſitiō aie xp̄i ex h̄ q apph̄endebat iſerri deo iniuria a peccatoribus q̄ntum i eis erat: que iniuria poſſibilis erat vindicari cum difficultate tñ nō ex parte dei: ſȝ ex parte peccatoꝝ rebelliū ⁊ difficiliū ad penitentie ſuſceptionem. hec tamē paſſio in xp̄o nō fuit ꝯtra impium rōnis: nec ꝑter impiū nec de neceſſitate: ſȝ ad imperiū voluntatis: ⁊ ꝑ rectū ordinē rōnis.

Ad ꝑmum g̃ dicit Ric. q q̄uis ira p zelū turbet hoīes ſapientes alios a xp̄o: tñ xp̄m nunq̄s turbauit: qꝛ ſicut diſpēſatione factum fuit q gl'ia aie xp̄i in corpus ⁊ ſenſualitatē nō redundaret: ita diſpenſatiue factum fuit vt paſſio partis ſenſitiue in nullo rōem turbaret. Ad 2^m dictuȝ q ira p zeluȝ in alijs hoībus turbat i aliquo rōem ad tp̄s ꝓpter debilitateȝ intellectus eoꝝ. In xp̄o aūt fuit ſemp intellectus fortiſſim⁹ ⁊ clariſſim⁹: iō nullo mō turbari potuit. q̄r ſi recte ſape voluerim⁹ atq̄ ſentire dicem⁹ q xp̄s paſſionē ire in ſe ſuſcepit ꝯtra duritiē pctōꝝ īpenitentiū: nō ſolū eorū q̄ tunc erāt: ſȝ oīuȝ quorūcūq̄ taȝ pñtiuȝ q̄s futuroruȝ. Ex quo mēs ei⁹ iuſticie zelo ſuccenſa ꝯmouebaſ ꝯtra peccatores obſtinatos ⁊ duros. Non .n. ſine cā alloquut⁹ eſt blāde peccatricē penitētē dep̄henſaȝ in adulterio: latronem pēdētē in cruce. Et reliquos de quib⁹ legiſ i euāgelijs. Phariſeos ṽo dura icrepatōe aſprūnis ṽbis ⁊ facie tremebūda rep̄hendit ⁊ icrepauit: qm̄ ſicē ex rōne mitis eē debebat ⁊ pi⁹ peccatorib⁹ penitētib⁹. ita ꝯ° ſeueꝝ ⁊ duꝝ debebat ſe oñdē impenitētib⁹ ⁊ obſtinatis ſicē eū in die iudicij manifeſtabiſ qn̄ cōmouebiſ aū ipȝ oēs gētes: tē videbūt q̄s duriſſ q̄ ꝯuerti nolūt q̄ pñiaȝ negligūt: q̄ grauis erit ira filij dei: qn̄ ſiñ vlla ꝯpaſſiōe ꝓferet furibundā ⁊ tremebūdā ſñiam. Ite maledicti i ignem et'nū ⁊c. O q̄s iracūda erit tē reprobis facies ſua. O q̄s terribil' erit tūc ei⁹ aſpect⁹ nō ē pñtis diſcretōis i tā lib⁹ dilatari. Sȝ hec pauca dixim⁹ q rōabiliſ ira fuit in xp̄o: q̄ eſt b. in ſecula. amen.

Feria 5^a poſt tertiam dñicam de aduentu. ſermo de gr̄a capitis nr̄i: qualiter Jh̄s gratia eſt caput oīuȝ noſtrum.

Fructus. 18. Jeſus caput ꝓponiſ

Dedius autē. Iterum vbi ſ̄. Cōgregauit in vnum electos ſuos dñs Jeſus xp̄s q̄bus eandē dedit regulā caritati: qua fit vt ꝑ ſñiaȝ apoſtoli multa mēbra vnū corpus ꝯſtituāt vnāq̄ faciāt eccleſiā in. ſ. ſ. adunataȝ. Ex qua ordinaſ ⁊ colligiſ exercit⁹ celeſtiū ciuiuȝ in ſupna hieruſalē. Et qm̄ non expedit ſine capite eſſe corp⁹ p ꝯſolatōne oīum dilectoꝝ Jeſus xp̄us dei filiuſ ipſoꝝ caput meruit eſſe. Cui oēs q̄ntum poſſumus inherē debem⁹. Idcirco pro noſtra inſtructōne in pñti ſmone dicem⁹ de gratia capitis nr̄i: ⁊ de his q̄ ſunt mēbra ei⁹ ſub vno fructu: q̄ ē Jh̄s caput ꝓponiſ. Pro cui⁹ declaratōe tres ꝯclōnes erūt nōnde.

Prima dicit ꝯueniētie.
2^a dicit depēdentie.
3^a dicit influentie.

Q xp̄o ꝯuenit eē caput. Ca. i.

Prima ꝯ° dicit ꝯueniētie. In qua ſcire debem⁹ q xp̄o cōuenit eē caput eccl'ie: ꝑut teſtaſ apo° ad ephe. ꝑ. c. d. Ipm̄ dedit caput ſupra oēm eccliam: q̄ eſt corp⁹ ipſi⁹ ⁊ ad collo. ꝑ. Ipſe eſt caput corporis eccleſie. Quod ſic eſſe intelligendū declarat Alex. in 3° vt metaphorice intelligaſ eſſe caput: qō de chriſto

dicit̃ quadruplici rōe.
Primo rōe ſupioritatis.
Secūdo rōe dignitatis.
Tertio rōe ꝓuidētie.
Quarto rōe gratie.

Primo dr̃ rōne ſupioritatis. qꝛ
ſicut rex dicit̃ eē caput regni: eo ꝙ
ꝑ ſuū imperium mouet regnū3. ita
xp̃s quia ſm̃ ꝙ homo ē rex regū ⁊
hēt regnū ſupra omnē creaturā: ſꝫ
ꝙ hēt̃ .19. apoc. Et erat ſcriptū in fe
more ſuo. Rex regū dn̄s dn̄antiu3
Secūda dicit̃ eē caput rōe dignita
tis: quia meli⁹ ⁊ digni⁹ in quolibet
genere: caput dicit̃ eē in illo genere
ſicut leo dicit̃ eſſe caput animaliu3
quia eſt digniſſimū ⁊ nobiliſſimu3
omniu3 animaliū. ita xp̃us digniſſi
mus ⁊ nobiliſſimus eſt caput oīum
creaturarum rōnabilium. Tꝰ dicit̃
eſſe caput rōne ꝓuidentie. Nā pr̃
familias dr̃ eſſe caput ſue familie:
qꝛ oibus ꝓuidet. Sīr g xp̃s ſe hēat
ꝑ huc modū ad ecclīā qꝛ paſtor eſt
⁊ ep̃s animarū ⁊ ꝓuidet ⁊ regit ec
cleſiā. vn̄ pᵉ Petri 2ᵒ. Erat n. ſicut
oues errantes: ſꝫ ꝯuerſi eſtis nunc
ad paſtorem ⁊ ep̃m animarꝝ vr̃arꝝ.
4ᵒ dicit̃ eſſe caput rōne gr̃e. nam i
capite ſunt oēs ſenſus: ⁊ ip̄m caput
ab anima perficitur per ſenſum: ita
xp̃us a ſpū ſancto accipit om̄s mōs
gr̃e: ſicut caput ab anima. Nos aūt
ſicut membra: qꝛ nos om̄es ſenſus
gr̃e ab ipſo recipim⁹. Et hoc eſt qđ
dic̄ augꝰ. ad Dardanu3. In capite
qđ eſt xp̃s ſunt oēs ſenſus gratie. i
aliīs vō eſt ſolus tactus: quib⁹ dat⁹
ē. ſ. ſ. Dicit̃ ergo xp̃s caput ſm̃ has
ꝓprietates: quia eſt velut rex: ⁊ qꝛ
eſt digniſſim⁹ rōabiliū creaturarꝝ:
⁊ qꝛ eſt in rōne ꝓuidentie: ⁊ qꝛ hꝫ
plenitudinē gr̃e q̄ſtum ad oēm ſen
ſum. Et lꝫ ſic dicit̃ eſſe caput meta
phorice: tn̄ ꝓprie dicit̃ caput ex influ
entia ſenſus ⁊ mot⁹ ſm̃ diuerſas ꝑ
tes eius: qꝛ ab interiori ꝑte capitis
fluunt nerui per quos fluunt ſēſus
ad membra. a poſteriori vō ꝑte flu
unt nerui per quos fluit motus ab
aīa ad ſingula membra. Silr̃ xp̃us
in eccleſia influit ſenſum ⁊ motum
ſpūaliter: ſenſum influit per fidem.
motum vō ꝑ amore3. verūtn̄ eſt ad
uertendū ꝙ caput eccleſie dicit̃ du
plicit̃. ſ. cōiter. ⁊ ꝓprie. Cōiter tota
trinitas ē caput eccleſie. tota. n. mo
uet ⁊ regit eccleſiā ⁊ infundit ei gra
tiā: q̄ ſentit per fidem ⁊ moueatur
ꝑ caritatem. Sīc in rōne regentis ⁊
influentis ſe habet ad ip̄am. Pro
prie vō dicit̃ caput xp̃s homo ſiue
deus. Nō ſm̃ humanitatē: qꝛ h̄ mō
ſe hꝫ ad eccleſiam ſm̄ rōe3 ꝯformita
tis ad ip̄a3 ꝑ gr̄am ⁊ nām.
Et multi hn̄t dependentiā a xp̄o
capite.

Secūda ꝯcluſio dicit̃ depēdētie
In qua videre debem⁹ qui ſūt
illi q tanq̄3 mēbra a xp̄o capite hn̄t
depēdētiā ſiue illi īhereāt ⁊ vniāt̃ ⁊
ſpālit̃ q̄ſtum ad quatuor.
Pꝰ q̄ſtum ad angelos.
Sꝰ q̄ſtum ad electos.
Tꝰ q̄ſtum ad reprobos.
4ᵒ q̄ſtum ad vtrūq3 ꝯpoſitum.

Primo ꝯſideremus q̄ſtu3 ad angelos
ſi ip̄orꝝ eſt caput xp̃s. Et qđ dicen
dū videt̃ ꝙ nō: qꝛ vnius nature ſt̄
caput ⁊ corpus. ſꝫ xp̃us inquātum
homo: ⁊ angeli non ſunt eiuſdē nāe
g xp̃us ſm̄ ꝙ hō non ē caput angelo
rū. Sꝫ ꝯtrū dicit̃ ab ap̄lo ad col. 2
vbi loquit̃ de xp̄o ait. Qui eſt caput
oīs ꝑncipat⁹ ⁊ ptāti. Inſup oīa ſub
iecit de⁹ ſub pedib⁹ ei⁹. vt dicit̃ ad
ephe. ꝑ. auc̄te ps. vbi loqtur glo. ſic̄
pes ē infima ps corpis: ſic in xp̄o i
fima ps eſt humanitas: quā angeli
adorant. Exquo relingt̃ ꝙ angeli
ſunt ſubiecti ip̄i humanitati xp̄i. vn̄
ſi xp̃s dr̃ caput eccleſie: vt dicebat̃
paulo an̄: eo ꝙ regit ecclīā ſibi ſub
iectā: ſilr̃ debꝫ dici caput angeloru3
eo ꝙ iperat ipſis ſibi ſubiectis. Ex
quo videre poſſum⁹ ad illud quod
adducebat̃ in ꝯtrium. ꝙ ſi dicat̃ ꝑ
metaphoram: qꝛ rex dicit̃ caput re
gni mouens ⁊ imperās ipſi. ſic ipſe
xp̃s inq̄ſtum homo ē caput angelo
rū: qꝛ eſt rex ꝯſtitutus ſup eos. Si
autem dicatur caput ſm̄ ꝯformitate3
nāe: ſic xp̃s inq̄ſtu3 hō non eſt caput
angelorꝝ ſimplr̃ ſꝫ ſm̄3 qd: qꝛ non eſt
ꝯformis angelis ſimpliciter: ſꝫ ſm̄
qd. Dicit̃ ꝙ anima rōnalis q̄ſtum
ad ꝑtem ſupiorem intellectualē hēt
ꝯformitatē cum angelis. eſt g caput
ipſis inquantum ꝯformatur ipſis i
nā ꝑ ꝑtem rōnis intellectualem ho
minum. Aut ē caput ſimpliciter qꝛ
hꝫ plenā ꝯformitatem cum illis.
Sꝰ ꝯſideremus quantum ad ele
ctos. ſi omnium electorum vel aliq
ru3 chriſtus eſt caput. Et ꝙ non ſit
omnium caput ꝓbatur. Nam xp̃s
ꝓprie eſt caput ſm̃ ꝙ homo: ſꝫ non
fuit homo ante incarnatiōem: ergō
non fuit caput ſanctorum patrum.
Ad hoc reſpondet gloſa ſup ꝑmu3
caplm̄ ad collo. querens cum eccᵃ
ab Abel ceperit quomo chriſt⁹ ca
put eorum eſt qui tunc fuerunt. Et
dicit̃ ꝙ chriſtus dicit̃ caput ſm̃ di
uinitatem ⁊ ſm̃ humanitatem. ſm̃
humanitatem fuit principium ⁊ fū
damentum eccleſie: quia omnes iu
ſtos qui ab Abel vſq3 ad vltimum
iuſtum generantur virtute diuini
tatis illuminauit. Secundum hūa
nitatem poteſt dici caput vel princi
pium eccleſie: quia ſuper fidem hu
manitatis fundata eſt ex hoc expſ
ſe relinquit̃ ꝙ ſi eccleſia fuit funda
ta ſup fidem humanitatis ſue an̄ in
carnatōe3. ⁊ eo dr̃ caput quo eſt fi
des de ſua hūanitate. g ē caput eo
rū q fuerūt an̄ incarnatōe3 fideliu3
ſic̄ corꝝ q ſt̃ poſt incarnatōe3. Nā ſi
diceret̃ caput ſolū: qꝛ hꝫ hūanitatē
tc̄ eēt caput fideliū ⁊ infideliū eq̄lr̃
cū ſm̃ hūanitatē equalr̃ ꝯueniat cū
hoībus fidelib⁹ ⁊ infidelib⁹: qđ ma
ximū ē incōueniēs. Jđ caput dr̃ nō
qꝛ ē hō in re: ſꝫ qꝛ ē hō in fiđ: ⁊ cre
dit⁹ ē eē hō ab oīb⁹ electis: licꝫ tpe
variato. qꝛ pr̃es antiq fidē hūerūt
de ip̄o iā vēturo: ⁊ nos fidē hēm⁹ qꝛ
iā venit. vn̄ oīum electorꝝ ē caput.
Et de h̄ augꝰ. ponit exēplū i li. de cate
thizādis rudib⁹. qꝛ hr̃ gen̄. 38. c. de
filiīs Jude ⁊ thamar vidue i quorꝝ
natiuitatē zarā prior eduxit manū: i
q̄ obſtetrix ligauit coccinū dicens.
iſte egredict̃ prior. illo vō retrahēte
manū egreſſus ē alt̄. ⁊ dic̄ augꝰ. ꝙ
ſic̄ zarā dum naſceretur prius emiſit
manū: poſtmodū caput ſecutum eſt
deide cetera membra. Sꝫ tn̄ caput
dignitate ⁊ ptāte ꝑcellit lꝫ tempore

ſeq̄ret': ita xp̄us mediator dei ⁊ ho
minuȝ q̄ p̄r iarchis ⁊ ꝓphetis ꝓmiſit
manū anteq̄ appareret ī carne. vin-
culis legi ſupbū populū aſtringentē
ſiue ꝯtemnentē. tp̄e naſcendi ſecutū eſt
caput corporis eccl'e: cui adheſerūt oēſ
fideles credentes. 3° ꝯſideremꝰ q̄ſtuȝ
ad reprobos: q̄ ſunt in fide ⁊ carita
te: nō tn̄ pſeuerātes: vtrū xp̄s ſit ca-
put ipoꝝ. ⁊ vr̄ q̄ nō: q2 corpus xp̄i
verū qd̄ traxit de virgine ē figura ⁊
ſacr̄z corporis myſtici: qd̄ ē eccl'a: q2 ſi
cut corpꝰ xp̄i ē ꝯpactū ex puriſſimiſ
ſanguinibꝰ vginis ⁊ ptinētibus ad
gloriā reſurrectiōis. ita a ſili corpꝰ
myſticū qd̄ in eccl'ia ꝯpaginatū ex
puriſſimis ⁊ fideliſſimis aiabꝰ pti-
nētibꝰ ad gloriā reſurrectōis. g̃ non
ſūt mēbra eccl'e niſi ptinētes ad gl'iaz
reſurrectōis. Sȝ reprobi i fide exn̄-
tes ex caritate: q̄ tn̄ nō pſeuerabūt:
⁊ infideles nō ptinēt ad gl'iaz reſur
rectōis lȝ ptineāt ad reſurrectōem
g̃ nullꝰ reprobꝰ eſt mēbrū eccl'e: ⁊ ſic
xp̄s nō ē caput reproboꝝ ēt exn̄tiū
in caritate. Ad h̄ r̄ndet alex. q̄ eſſe
membra xp̄i vl' eccleſie non ponit
niſi ſenſuȝ gr̄e p fidē ⁊ motū p amo
rē ⁊ caritatē vl' ꝯformitatē cū xp̄o i
nā. Et q2 iſta ſunt in reprobis exn̄ti
bus in fide ⁊ in caritate: lȝ nō cū p
ſeuerātia. idō q̄ādiu ſūt iſta in illis cō-
cedendū ē q̄ ſūt mēbrū xp̄i ⁊ eccl'ie:
⁊ ꝯparāt' ad xp̄m tanq̄ ad caput q̄ſ
tū ad p̄ſitez ſtatū in quo ſunt in fidē
⁊ i caritate. Qn̄ aūt poſtea diſcedūt
ab iſtis: tūc erūt membra abſciſa a
corpe eccl'e. Ad rōem in ꝯtriuȝ eſt di
cēduȝ q̄ corpꝰ xp̄i verū figura eſt ⁊
ſacr̄m corporis myſtici q̄ſtum ad p̄

ſentē ſtatū: ſȝ nō q̄tū ad futuꝝ. R̄d̄
aūt ꝓcedit ac ſi reſpiceret ſtatuȝ fu
tuꝝ cū obijcit ptinentibꝰ ad gl'iam
reſurrectōis. Et q2 de r̄probis dixīmꝰ
q̄ tn̄ ſūt in fide ⁊ caritate: de malis in
telligē debemꝰ: lȝ ad vnionē corporis
myſtici ſiue eccleſie nunq̄ ꝓprie pti
neāt exn̄tes in peccato mortali. Ue
ruttn̄ differt dicē vnitatē eccleſie ⁊
corporis eccleſie. In vnitate nanq̄
eccleſie ſunt boni ⁊ mali: dūmodo
habeāt fidē rectā. Et hoc ē qd̄ hēt'
Mat. 13. q̄ ipi tritico adiuncta ē zi-
zania. vbi dic̄ aug'. q̄ eccl'ia ē ager
in quo radicant' triticū. i. boni: ⁊ zi
zania. h̄ eſt mali. ⁊ tn̄ in fine ſepabū
tur vnitas v̄o corporis eccleſie nō eſt
niſi p fidē formatā ⁊ caritatē. ſic di
cit Hugo li. de ſacr̄is. Ideo mali nō
ſūt de corpe eccleſie: q̄uis ſint de eccl'a
4° ꝯſideremꝰ q̄ſtum ad vtrūq̄
ꝯpoſitū. ſ. corpus ⁊ aiam: ſi xp̄s eſt
caput aiaꝝ tm̄: aut corpoꝝ ⁊ aiarū
ſil'. Ad qd̄ r̄ndet' ꝑ glo. p̄ᵃ ad cori. 6
Neſcitis q2 corpa n̄ra mēbra ſunt
xp̄i. qd̄ caput ē nō ſolū aiarum ſȝ ēt
corpoꝝ q̄ in glorioſa reſurrectiōe ſuā
pfectōez hēbunt: tūc nanq̄ electi oēs
erūt cū p̄ncipe xp̄o quē dilexerūt: i
cꝰ aſpc̄u placido hilari ⁊ iocūdo le
tabūt' ⁊ reficiēt' iteriꝰ ⁊ exteriꝰ. ſȝ q̄
nūc nolūt eſſe mēbra illiꝰ nō potue
rūt tūc regn̄re cū illo. O infelix mū
danoꝝ ꝯditio volunt hoīes mēbra
potius fieri diaboli q̄ xp̄i. Illum ſe
quūt' a xp̄o fugiūt. veritates ſpnūt
amplectūt' vitia: ⁊ de futuro nihil p̄
meditant'. Nunc nunc tempus eſt
in eccleſia militanti chriſtum patro
nuȝ accipere: vt in eccleſia triūphā

ti valeamꝰ cū xp̄o gl'iari. O q̄ bea
ta gens. O q̄ beatus populus cuiꝰ
piꝰ Ieſus xp̄s dn̄s ⁊ caput ē. O q̄
miſerabilis ⁊ lachrymoſa ſocietas:
cui diabolꝰ preeſt: non in ordine ſȝ
in errore: non i gaudio ſȝ in merore
nō i bono ſȝ in oī malo. Studeamꝰ
itaq̄ q̄ſtum poſſumuſ vt xp̄i mēbra
⁊ nō diaboli inueniamur.

De influētiaȝ gratie a xp̄o capite
accipimus. Ca. 3.

Tertia ꝯcluſio dr̄ influētie. In
qua pſcrutari debemꝰ de influ
entiā gr̄e a xp̄o capite ex eo q̄ Io.
p̄. dr̄. De plenitudine eiꝰ oēs acce
pimꝰ gr̄aȝ. p cuiꝰ declaratiōe occur
runt quatuor dubia aperienda.
Primū vtꝝ poſſit eē influētia a xp̄o
hoīe in corpꝰ eccleſie.
2ᵐ vtꝝ poſſit eē influentia in āgel'
3ᵐ vtꝝ maior fuerit influētia hoīs
poſt incarnatōez q̄ ān: vl' equal'.
4ᵐ vtruȝ vnio capitis ad corpꝰ ſit
vnio ſimpl'r.
Circa p̄mū ē ſciēdū q̄ xp̄s hō influit
gr̄aȝ corpi eccl'e ⁊ mēbris eiꝰ tribꝰ mōiſ
p̄ per modum meriti.
2° per modum exemplaris.
3° per modum capitis.
p̄ mō in nobis ē gr̄a a xp̄o hoīe
p modū meriti: q2 ipē eſt q̄ nobꝰ me
ruit gr̄aȝ p quā remittunt' peccata
n̄ra: ⁊ gr̄aȝ p quā cognoſceremꝰ ⁊
diligeremꝰ ipm̄ ⁊ oībꝰ credētibꝰ in
ipm̄ ⁊ diligētibꝰ hoc meruit: vn̄ ad
ro. 5. dicit'. Sicut p vniꝰ hoīs in obe
dientiā cōſtituti ſunt multi peccato
res: ita p vniꝰ hoīs obedientiā iuſti
ꝯſtituent' multi. 2°. influit nobis
gr̄am per modū exemplaris. ſicut

enī videmus q̄ ſe habȝ exēplar ad
exēplū ⁊ q̄d āmō exēplū educit' ab
exēplari. ita in ipo xp̄o hoīe ē exem
plar ꝓpoſitū gr̄e. Cui debemꝰ coap
tare ⁊ ꝯformare. Nā ipē eſt lib vite
iu x̄ quē ſcribi debēt libri n̄ri. i. ꝯſcie
q̄ ſunt libri. vt h̄r apoc. 20. c. Hinc ⁊
apoꝰ. p̄ᵃ ad cori. 15. c. ait. Primꝰ hō
de terra terrenꝰ. 2ꝰ hō de celo celeſti.
q̄lis terrenꝰ tales ⁊ terreni. q̄lis ce
leſtis tales ⁊ celeſtes. g̃ ſicut portamꝰ
imaginē terreni: portemꝰ ⁊ imaginē
celeſtis. 3°. influit xp̄s nobis gr̄aȝ
p modū capitis. Eſt. n. q̄dam amor
capitis ad membra: vt ipm̄ caput q̄
dā n̄ali amore diligit mēbra. vnde
ſpūs aiales q̄ ſūt in capite ex h̄ amo
re decurrunt a capite in mēbris. vn̄
ſi aliqd̄ mēbꝝ ledit' cōcurrit ſpūs
a capite ad ptē illā dolētē: ⁊ ibi colli
gunt'. Influētia g̃ capitis ad mem
bra vt ſenſificent' ⁊ moueant' ē per
n̄alez amorē. Et huic appetitū iplet
ſpiritus animalis influens a capite
ad mēbra. Scd̄m hoc g̃ dicendū q̄
ſpiritus increatus per quem eſt no
bis ꝯmunio totius trinitatis. ſ. ſpiri
tus ſanctus abūdat in noſtro capi
te. ſ. in xp̄o. ⁊ ipſiꝰ xp̄i ⁊ ſue btē aīe ē
deſideriuȝ vt pticipemus ſuū ſpūm
Ipē v̄o ſpūs explet deſiderium qd̄
habet xp̄s ad nos ex ſuo ardentiſſi
mo amore.
Circa 2ᵐ dubiū eſt nōndum q̄
a capite xp̄o hoīe recipiunt angeli
ſingularit' tria.
p̄ cognitionem v̄itatis.
2° honorem.
3° dulcedinem ſiue iocunditatem.
Primo cognitionem v̄itatis: quia

erudiūť ab ipo imo ēt p ecclīā que
ē corp⁹ ei⁹ inotuit eis myſteriū icar
natiōis. Nec erubeſcūt erudiri per
ipaȝ vn̄ apo⁹. ad ephe. 3. c. Mibi āt
oīum ſcōꝝum minimo data ē h̄ grā
in gētib⁹ euangelizare iueſtigabileſ
diuitias x̄pi ⁊ illuminare oēs q̄ ſit
diſpēſatio ſacri abſcōditi a ſeculis i
deo: q creauit oīa: vt inoteſcat pnci
pib⁹ ⁊ ptātib⁹ in celeſtib⁹ p eccliam
Multiformis ſapia dei ſm̄ pfinitio
nē ſeculoꝝ: quā fec̄ in x̄po Ihu do
mīo. ſup q̄ vba dic̄ Nic. de lira ꝙ re
dēptio x̄pi diſpēſabil' tā gētib⁹ ꝗȝ ēt
iudeis nō fuit an̄ reuelata niſi pau
cis ⁊ obſcure. Et myſterium x̄pi de
vocatōe gētiliū nō ſolū hoībus fuit
abſcōditū: ſȝ ēt angel': q ēt p̄dicanti
bus apoſtol' hāc notitiā ītuitiuā ha
buerūt p eccliaȝ. i. p aploꝝ p̄dicatō
nes: vidētes actu ꝯuerſiōeȝ gētiliū
ad fidē: qđ factū fuit ſ̄ prefinitōem
ſeculoꝝ. i. eternā diſpōem tpe pleni
tudiniſ adipletā quā fec̄ in x̄po ihu
adipleuit. Cui dicto ꝯcordat Hier.
di. Angelicas dignitates ſuprame
moratū myſteriū x̄pi ad plenū non
ītellexiſſe: donec ꝯpleta ē paſſio x̄pi
⁊ aploꝝ p̄dicatio p gētes dilatata.
aug. 7. ſup gn̄. ad lrāȝ. Sic fuit my
ſteriū icarnatōis x̄pi a ſecul' abſcō
ditū in deo: vt tn̄ inoteſcēt pncipib⁹
⁊ ptātib⁹ i celeſtib⁹. Ubi dic̄. ſ. tho. i
pma pte. q. 57. art. 5°. ꝙ de myſterio
incarnatōis x̄pi ꝯtingit loq dupl'r.
Uno° in generali: ⁊ ſic oībuſ reuela
tū eſt a pnci° ſue beatitudinis. c⁹ rō
eſt q2 hoc ē quoddā gnāle pncipiū
ad quod oīa eoꝝ officia ordinanť.
Oēs. n. ſť adminiſtratorij ſpūs. heb.

h. In miſteriū miſſi ꝓpť eos q hēdi
tatē capiūt ſalutis: qđ qdē fit p icar
natōnis myſteriū. vn̄ oportuit de h̄
myſterio oēs a pncipio cōiter edo
ceri. Alio° poſſumus loq ꝗtuȝ ad
ſpāles ꝯditiones: ⁊ ſic nō oēs ange
li a pncipio de oīb⁹ ſť edocti: imo q
dā etiā ſupiores angeli poſtmoduȝ
didicerūt ſicut dic̄ Dio. 7. c. celeſtis
ierarchie. 2° accipiunt honorē q
attendiť ꝗtum ad reparatōem ſiū
reſtauratōem ruine angelice. Non
enī paꝝ erat eis detractū honorem
ex ruina apoſtataꝝ angeloꝝ. Sȝ p
incarnationem ⁊ paſſionē fit reſtau
ratio ruine angelice p hoīes iplen
tes numeꝝ ipſoꝝ angeloꝝ. vn̄ i pſ
109. dr̄. Iudicabit i natioīb⁹ iplebit
ruinas. Et glo. ad ephe. p̄. bndictus
dn̄s ⁊ pr̄ dn̄i nr̄i ihu x̄pi ⁊c. q ꝓpo
ſuit in eo diſpēſatōem plenitudinis
tpis iſtaurare ⁊c. dic̄ ꝓpoſuit reſtau
rare. i. ad pmuȝ ſtatū reducē oīa p
pctm̄ deſtructa. angelos ⁊ homines
q2 per hominis reſtauratōeȝ ruina
angelorum reparatur.
3° recipiunt dulcedinē ⁊ iocūdi
tatem ab ipa humanitate x̄pi. nam
magnā recipiūt dulcedinē ⁊ ꝯtēpla
tōeȝ diuinitati. Sȝ cum viderēt diui
tatē in hūanitate ē eis ali⁹ mo⁹ dul
cedinis. ꝓpť qđ Petr⁹ ait. In quē
deſiderabāt angeli ꝯſpicē. ⁊ Iohel'
3° dr̄. Colles fluent lac ⁊ mel. Col
les. n. angeli ſť: q an̄ incarnatōnem
fluebant mel in dulcedine cōtēpla
tiōis diuinitatis in ſe. Sed ex eius
incarnatione fluunt dulcedines cō
templationis diuinitatis ⁊ huma
nitatis: q hūanitas ſignificať p lac

Et ſi dicať ꝙ angeli erant bti an̄ in
carnatōeȝ x̄pi. ſȝ beatitudo eſt ſtat⁹
oīum bonoꝝ aggregatiōe pfect⁹. g
ipi erant in ſtatu oīuȝ bonoꝝ ꝯgre
gatōne pfecta. g nihil deficiebat eis
de aliq̄ bono. ridet alex. in 3°. ꝙ ꝗȝ
uis i bono eēntiali eēnt pfcti: ex vi
ſiōe tn̄ dei potuit eis accreſcē bonū
⁊ gaudiuȝ accidentale. Circa 3m
dubiū eſt dicendum ꝙ eccleſia poſt
incarnationē ⁊ paſſioneȝ x̄pi maio
rē recepit grām ꝗȝ an̄. qđ patet: q2
an̄ incarnatōeȝ p fidem x̄pi erat re
miſſio pctōꝝum quātuȝ ad culpam
⁊ nō ꝗtum ad omnem penam: q2
remanebat pena carentie viſionis
dei poſt incarnatiōeȝ vo eſt remiſſio
pctōꝝ ꝗtum ad culpaȝ ⁊ omnē pe
naȝ. vn̄ lȝ fides eccleſie an̄ incarna
tōem ⁊ poſt ſit equalis: vtuoſior tn̄
ē poſt ꝗȝ ante: q2 habet meritū paſ
ſiōis x̄pi ſibi ꝯiūctū. h̄ hr̄ť ab alex.
Circa 4m dubiū dicendū ſm̄ hug
de ſcō vic. ꝙ vnū diciť multipl'r. p
mō eſt vnuȝ in natura ⁊ hoc modo
pr̄ fili⁹ ⁊ ſ. ſ. ſunt vnū. 2°. eſt vnum
in pſona. ⁊ ſic hūanitas ⁊ diuinitas
ſť vnū in pſona filij. 3°. eſt vnum p
iuſticiā pn̄tem ⁊ futurā gloriā. Et il
lud ē vnū qđ attendiť in ꝯformita
te volūtatis. Et ſic dicimus ꝙ vnio
mēbroꝝ cū capite cū corpe eccleſie
ē vā vnio: in q̄ beati ſunt q inueniū
tur: ⁊ miſeri q ab ea ſepanť: qm̄ oē
bonū felicitās aīam in x̄po ē. in ipo
ſť theſauri incorpales: ⁊ iextimabi
les diuitie dei. g ipm queram⁹ vt ab
ipo recipiam⁹ grām: quā ⁊c.
Feria 6a poſt tertiā dn̄icaȝ de ad
uentu. Sermo de ſcia Ieſu chriſti.

Fruct⁹ 19. Ieſus eſt ſciens oīa.
MEdius aūt. Ioh. vbi. ſ.
Doctores indecoꝛuȝ audie
rūt x̄pȝ ſepenumero ſcri
pturas ꝓbāꝝ p̄dicantē
⁊ mirabanť q̄uo lr̄as ſciret: cū eas
nō didiciſſet. nec ſolo eo pietati tpe
q̄ matuꝝ ingeniū lr̄aꝝ pinguedinē
ſolet eē delibutū hoc viderūt: vn̄ eū
fantili etate: ā̄no vȝ. 12. in medio eo
rū ſedētē: ſapiētiſſime audiētē ⁊ inť
rogantē illos ꝯſpexerūt. quo ſpecta
culo potuiſſent ſi voluiſſent cogſcē
ipȝ eē filiū dei: in quo relucebat ſplē
dor tante ſcie ⁊ ſapie. Sȝ volunta
te ſua pūerſa in eū credē noluerunt
ſpreuerūt ſciam ei⁹: ⁊ ipm pſecuti ſť
vſq̄ ad mortē. Et qm̄ ſingulare eſt
hoc puilegiū in dn̄o ieſu x̄po. ſ. ſ̄ aſ
ſumptā nām oī ſcia erat decoratus
Ideo in pn̄ti ſermone de ſcia aīe x̄pi
dicturi ſumus. de qua fructum vm
ꝓponemus cōtemplandum: qui eſt
Ieſus eſt ſciens omnia. Pro cuius
declaratione tres concluſiōes erūt
notande.
Prima diciť multiplicatiōis.
2a diciť acquiſitionis.
3a diciť ꝯditionis.
Qȝ multiplex fuit ſcia in x̄po. c. i.
PRima ꝯ° dr̄ multiplicatio
nis. In qua ſcire debem⁹ ſ̄
multiplicatōeȝ nāꝝ in x̄po
multiplicať eius ſcientia. prout de
clarat magiſter ſententiarum in 3°.
Et catholici doctores. Cuius ratio
neȝ aſſignat Alex. in 3°. ſumme di.
quia vt dicit Io. dama. Quorum ſť
diuerſe nature: eorum ſunt diuerſe
operationes. Opationibus autem

ꝓportionatᷣ habitꝰ: ꝗ cū ī xp̄o ſūt di
uerſe opatiōes ꝓpᷣ diuerſas natu
ras: erūt ī ip̄o diuerſi bitꝰ: ⁊ cū ſcīa
dicat habitū ſ₃ diuinā nāz ⁊ hūa
nā: ī ipſo erūt diuerſe ſcīe. Inſup ꝓ
ut diċ Boetiꝰ ī liᵒ de diuerſis natu
ris: ⁊ vna pſona. xp̄s accepit aliqd
a triplici ſtatu humani generis ſiue
Ade. Unꝰ ſtatꝰ fuit q videbatᷣ eis ſi
ſtetiſſ₃ ſtatꝰ. ſ. btītudis ī pmiū. Aliꝰ
fuit ſtatꝰ: ī q̄ erat. ſ. ſtatꝰ inocētie. Et
tᷣtiꝰ ſtatꝰ fuit pꝰ lapſū. vn̄ xp̄s triplicē
ſ̄ hos ſtatꝰ cognitiōez recuit hr̄e. v₃
Primo cognitionē glorie.
Secūdo cognitōez nature integre.
Tertio cognitiōez pēalis expiētie.

Et h̄ ꝓpter pfectionem aie xp̄i. q̄
nō tn̄ dēt eſſe pfecta ſ̄m ſupiorem
portiōem: ve₄ etiā ſ̄m īferiorē: etiā
ſecundū ptē ſenſualē: nō tn̄ q̄ſtum
ad ſtatū patrie: ſ₃ etiā q̄ſtū ad ſtatū
vie. Addit dn̄s Bon̄. di. 14. ar. 3. q
1. tᷣtij li. ꝙ qꝛ pfecta fuit. aīa xp̄i q̄ſtū
ad cognitiōez nō ſolū reſpc̄u cogſ
cibiliū. ſ₃ etiā reſpectu mōꝝ cogſcē
di. iō cū res tripliciᷣ ſint cognoſcibi
les ſ₃ ꝙ tripliciᷣ habēt eē. Habent
. n. eē in v̄bo: in intellectu creato: et
in ꝓprio genere. Ad h̄ ꝙ intellectꝰ
anime xp̄i plenā de rebꝰ bēat cogni
tiōez res cognouit iſta triplici cog
nitione: ⁊ ſic patet ꝙ anima xp̄i nō
tn̄ habuit cognitiōez co₄ in v̄bo:
ſ₃ etiā re₄ a v̄bo. Cognitōez ī quā
nō tn̄ ſimplicis noticie. ſed etiā ex
pientie. Poſſumꝰ tn̄ cōtra h̄ argue
re. Uniꝰ pſone vna ē pfectio. xp̄s ē
vna pſona: ⁊ ſcīa eſt pfectio. ꝗ ipſiꝰ
erit vna ſcīa. 2ᵒ xp̄s ē ſciens ſcīaz ī
creatā. ꝗ eſt certiſſima pfectiſſima
⁊ nobiliſſima. ꝗ ſupflꝰ ūa eſt ponē in
ipſo aliā ſcīam: qꝛ fruſtra fit p plꝰa
quod poteſt fieri per pauciora. 3ᵒ ſci
entia chriſti que eſt per grām vnio
nis ē ſ̄m maius lumen q̄₃ ſint alie
tres ſequētes de qbus dictū eſt. S₃
ſicut eſt in lumine corporali: ꝙ maiꝰ
lumen abſorbet minus. ꝗ ſimiliᷣ eſt
in lumine ſpūali. ꝗ nō manēt in xp̄o
alij mōi ſciendi: niſi duo. ſ. vnꝰ q eſt
ſcīe increate. alius q eſt p lumē grē
vniōis. Ad pmum ho₄ argumēto
ru₃ rn̄detᷣ ſ̄ volūtatē dn̄i Bon̄. di.
14. ar. 3. tᷣtij li. ⁊ Alex. in 3ᵒ ꝙ habi
tus non diuerſificatᷣ ſ̄m pſonā: ſed
ſ₃ nām vn̄ dicit Jo. dam̄. ꝙ in xp̄o
ſunt diuerſe volūtates ꝓpter diuer
ſas nās: ⁊ ſimilr̄ debēt eē diuerſe ſci
entie. ad 2ᵐ dicendū ꝙ q̄uis xp̄us
ſit vna pſona cum filio dei: nō tn̄ per
ſonalez vnionē. Et ſ₃ hoc eſt ſciens
ſcīa increata: ſicut filius dei: vn̄ rōe
pſone nō indiget alia ſcīa: tamē rōe
pſone ī humana nā indiget alia ſci
entia. ſ. creata. Non enim debet eſſe
humana natura in chriſto imperfe
cta quod ſequeretur ſi careret ſcīa
creata. Sed perfectior debet eſſe in
ipſo natura omnibus alijs: ideo oī
genere ſciendi ſcientia creata opor
tet ꝙ ſit perfecta illa anima. ad 3ᵐ
dicendum eſt ꝙ in corporalibus mi
nus lumē obfuſcatᷣ ⁊ abſorbetur a
maiori. Et ratō huius quoniam oīa
lumia corporalia ſunt ad vnū actū
ſcilicet manifeſtationis: qui quide₃
actꝰ per ſe ⁊ perfectiſſime eſt a lumi
ne maiori: ſed in ſpiritualibus non
eſt ſic. Non enim omnia lumina
ſpiritualia ſunt ad vnum actum.

Diſtinguēdū tn̄ eſt ſ̄ ſtatum ꝯphen
ſoris ⁊ viatoris. nam uiatoris nō ē
vnꝰ actus ſ₃ plures. vn̄ lumina plu
ra v̄tutu₃ ſeu dono₄ in viatore nō
ſūt ad vnū actū. Comphenſoris v̄o
nō ē niſi vnꝰ actꝰ: q determinatur ſ₃ cla
ritatē luminis ⁊ totalitatē v̄tutꝭ eiꝰ
lumine. ſ. diē viſiōis in glīa. xp̄s aūt
erat in ſtatu ſimul viatoris ꝯphen
ſoris ſ̄ ptes aie differentes ſupiorē
⁊ inferiorē. ⁊ iō ſcīa ꝯprehēſoris n̄
abſorbebat alias ſcīas.

Q ſcīa xp̄i nō fuit p ſucceſſiōem
tp̄is acquiſita. Ca. 2.

Secūda ꝯcluſio dicitᷣ acqſitōiſ
In q̄ notare debemꝰ ꝙ ſciētia
xp̄i nō fuit p ſucceſſionē tp̄is acqſi
ta: ſ₃ ab initio ſue ꝯceptiōis ſibi īdi
ta: Nō ſentire vr̄ Alex. in 3ᵒ ⁊ ad h̄
facit illud Gre. ſup illo v̄bo Luce. 2
ꝓficiebat etate. ꝓficiebat. nō ꝙ ip̄e
ſapiētior fieret ex tp̄e: ſ₃ paulati₃ de
mōſtrabat. S₃ circa hoc notādum
eſt ſ̄m Alex. in 3ᵒ ꝙ in xp̄o fuit mul
tiplex modꝰ ſciēdi. Primꝰ fuit ſ₃ di
uinā nām: ⁊ ibi ſcīa idem eſt quod
idip̄m: ⁊ iſte moꝰ fuit in filio dei ab
eterno. 2ꝰ eſt ſ̄m grāz vniōis: q mo
dus dr̄ ab oī alio ſciēti incōicabiliſ
cuicūq₃ alteri creature. 3ꝰ eſt ſ̄ grāz
ꝯprehēſoris: in quo cōicāt angeli ⁊
aie ſcē. 4ꝰ ſ₃ nām integrā aie ſ̄m ꝙ
habuit adam ſcientiā in ſtatu inno
cētie. 5ꝰ ſ̄m penalem nām aſſumptā
6ꝰ eſt quedā grā data xp̄o ad cog
ſcendū res ſ̄m nume₄ ⁊ p ꝓgreſſū
tp̄is. Quātū ad pmum ſciendi mo
dū ſilr̄ ſc h₃ xp̄s an̄ incarnatiōez ⁊
poſt. 2ꝰ v̄o modꝰ nō fuit ab eterno:
⁊ ſ̄m iſtū habuit cognitionem oīu₃
co₄ q̄ ptinebant ad myſteriū incar
natōis paſſionis ⁊ redēptōnis. ſ̄m
v̄o 3ᵐ modū hūit cognitiōem oīu₃
co₄ q̄ ptinebāt ad glīam ſuā ⁊ ſuo
rū. i. co₄ q̄ ordinantᷣ ad illā. ſ̄m v̄o
4ᵐ modū hūit notitiā co₄ que co
gnouit Adam in ſtatu nē integre. ſ̄
5ᵐ modum didicit multaſ penalita
tes ſ̄m expientiā in affectiua₃ quā
tn̄ cognouit ſ̄m alium modu₃. ſ. ſ̄m
grām cognitōnis: que data eſt ſibi
p grām vnionisꝰ. vn̄ pſciuit illas p
iſtā grām. 6ꝰ modus cognitōis eſt
ad cognoſcēdū p expientiā non vt
pꝰor q fuit affectiue: ſ₃ cognitiue ex
ſenſu. 2ᵐ notādu₃ eſt ꝙ cognitio in
ſēſu p expiētiā ē duplex vna cū res
ē ī ſenſu ſ₃ ſilitudine₃. alia cū res ē ī
ſenſu ſ̄ forma₃. Aliᷣ. n. ē ſilitudo co
loris ī oculo: aliᷣ color. Ita duplex
eſt cognitio in xp̄o ſ̄ expiētiā. pᵃ q̄₃
tū ad nām penalē. 2ᵃ q̄ſtū ad ſpālē₃
grām cognoſcēdi res ſ̄m nume₄ p
ꝓceſſu₃ tp̄is. hec oīa ab alex.

Q anima xp̄i eque erat ſapiens
⁊ deus. Ca. 3.

Tertia ꝯcluſio dicitᷣ ꝯditiōnis
Fuit nanq₃ ſcīa xp̄i magna ⁊
admirabilis. Circa quā ꝯtingit du
bitare: ſi fuit equalꝭ ſcīe dei ex eo ꝙ
Hugo de ſcō vic. ait. Aīa xp̄i eque
ſapiēs eſt vt deus. Ad qđ diē alex. ī
3ᵒ ꝙ eſt ꝯſiderare diuina₃ ſcīam ſ̄
ꝙ dr̄ reſpectu ſui. ⁊ ſic ē ſcīa ſcīentie
⁊ v̄tutis infinite: ⁊ ſ̄m hunc modu₃
nihil ē ei eq̄le. 2ᵒ eſt ꝯſiderare diuinā
ſcīa₃ reſpc̄u creatura₄: ⁊ h̄ tripl̄r.
pᵒ reſpectu ad illud qđ ſcitᷣ.
2ᵒ reſpectu ad modū p quē ſcitᷣ.
3ᵒ ad modum quo ſcitᷣ.

Et ad hoc ꝙ aliqͩ dicit̾ equale ſci
entie dei:opꝫ ꝙ equet̾ ſm hec tria:
qꝺ nō eſt poſſibile creature aliquo.
Dicenduꝫ ꝗ ꝙ ꝯparatione habita
ſcie aie xp̄i ad diuinam ſciam ꝑ illꝺ
quod ſcit̾ eſt dicere aīam xp̄i eque
ſcire:ſicut deus:qꝛ ſcit oīa que de⁹.
Comparatiōe vͦ habita q̄tum ad
mediū:p quod ſcit̾ vl' q̄ꝫtuꝫ ad mo
dū quo ſcit̾ nō erit dicere eq̄litateꝫ
qꝛ de⁹ ſcit omnia p ſeipſum:ſic̄ cām
oīum. Anima vͦ xp̄i:non p ſeipſuꝫ
cām imo p cām deum. Ecce inequa
litas q̄ꝫtū ad mediū. p̄terea luculen
tioꝛ eſt cognitio dei q̄ꝫ cognitio aīe
xp̄i de reb⁹ omnibus:quia deus ipſe
omnes res videt vt in ſe:anima vͦ
xp̄i non vt in ſe:ſed vt in deo. Non
eſt ꝗ abſurdum dicere dominū nr̄ꝫ
Jeſum xp̄m notitiaꝫ habuiſſe ex lu
mine ſcie ſue p̄ſitium p̄teritoꝝ ⁊ fu
turoꝝ:qua ſcia ⁊ cognitione fiebat
vt doloꝛ inextimabilis ſp̄ cruciaret
aīam illius. Et vllo vnq̄ꝫ tp̄e inueni
ri potuit ſine meroꝛe. q nunq̄ꝫ caru
it clariſſima cognitōe. Cogita aīa
mea quēadmodū añ oculos xp̄i ſp̄
erāt pctā toti⁹ mundi. videbat ipſe
quoſcunq̄ꝫ deū offendētes: q fuerūt
a p̄ncipio mundi: ⁊ ſunt atq̄ꝫ erunt
vſq̄ꝫ ad finē ſeculi. Uidebat ip̄e pec
cata oīa offendere deū ſūmū bonuꝫ
⁊ īfinitū. Uidebat ip̄e multitudineꝫ
eoꝝ q ingrati erāt ſibi de bn̄ficio in
carnatōis. Uidebat numeꝝ dānan
doꝝ. videbat ſinglās penas: quas
ſuſtinuerūt qlꝫ ſcī ꝯfeſſoꝛes ⁊ mar/
tyres:⁊ ceteri q̄ꝫ ob ſuū amorē. Ui
debat q̄cūq̄ꝫ tormēta paſſionis ſue
tp̄e p ipſuꝫ ſuſtinēda. O quot ſuſpi
ria ex fornaceo illo corde ſepiſſime
ꝓrūpebāt. o q̄t lachꝛyme mitis illi͠u
faciē rigabāt:qm̄ hec oīa ſimul con
templās in ſemetipſo dicebat. Ego
carnē aſſumpſi:vt pctm̄ deſtruerē:⁊
ecce tot peccata multiplicant̾. Ego
carnē aſſumpſi vt ſpoliarē infernuꝫ
⁊ ecce grādis eſt numer⁹ illoꝝ q in
illuꝫ ſt̾ adiudicandi. Ego carneꝫ aſ
ſumpſi vt ad paradiſuꝫ oīs redu
cerē cruciatib⁹ meis. Paſſur⁹ ſum
nanq̄ꝫ opprobꝛia infamiaꝫ flagella
liuoꝛes:vulnera ⁊ mortē amarā. Et
ecce quot a reg̃ celoꝝ expellent̾: o
ingratiſſimi homines. O infideles
de vobis doleo:quia ad paradiſuꝫ
non venietis. O iudei ꝓ vobis affli
goꝛ:quos infernus ſuſcipiet. O xp̄i
ani falſi pro vobis contriſtoꝛ:quos
ignis gehenne indeſinent̾ exuret.
O anima mea in ꝓfundo amaritu
dinis poſita. o mens mea anguſtijs
vndiq̄ꝫ vexata. Si inimicos meos
conſidero ꝓ illis affligoꝛ. Si ami/
cos inſpicio:⁊ illis ex pietate ꝯpati
oꝛ. O Stephane in amoꝛe meo eriſ
lapidatus. Et tu Laurenti amoꝛe
meo eris combuſtus. ⁊ tu Sebaſti
ane eris ſagitatus. ⁊ ſic de alijs di/
cē poterat q̄s in ſua mēte lucida col
ligebat. Compatere ergo anima do
mino noſtro ieſu chꝛiſto: quem cuꝫ
audis i aſſumpta natura omnia ſci
entem:ſcias etiam q̄ꝫ crebꝛo dolen/
tem merentem lugenteꝫ ſuſpirantē
⁊ lachꝛymantem. Infige coꝛdi tuo
illi⁹ lachꝛymas ⁊ ſuſpiria. vt ſic va
leas ab ip̄o ſuſcipere gr̄am. qui eſt
b. in ſecula. amen.

Sabbato:Sermo de potētīa xp̄i

Fruct⁹. 20. Jeſus potent̾ op̄ans.
Edius aūt. Iterū vbi. ſ.

D (initial, with guide letter m) Dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i maie
ſtatē diuinitatis ſue decla
rant nobis opera illa mi
raculoſa:que nō niſi ſupnāli poten/
tia fieri potuerūt:vt dictū eſt in pre/
cedentibus. Et qm̄ poſſunt nonnul/
li eā potētiā xp̄o tribuere in aſſum
pta natura:qꝺ erroneū eſt dicē. id/
circo in p̄ñti ſermone de potētia xp̄i
dicturi ſum⁹ vt ita credam⁹ de ipſo
mirabilia facta:ꝙ ſp̄ ꝯditiones ⁊ ꝓ
prietates ſeruem⁹ vtriuſq̄ꝫ nr̄e. Naꝫ
certiſſimum ꝙ ſicut ſcia in xp̄o fuit
admirabilis:ita ⁊ potentia. veꝝ ſci
entia fuit in eo ꝑ humanitatem ⁊ di
uinitatē vt dixim⁹ in anterioꝛi ſmo
ne: potentia vͦ in ip̄o ē ſm humāi/
tatē. Ad qꝺ penit⁹ intelligendū ꝓ/
ponemus in medio fructū qui ē. Je
ſus potent̾ operans. Pro cu⁹ intelli/
gentia tres ꝯclōnes erūt notāde.
Prima dicit̾ determinatōis.
2ª dicit̾ negationis.
3ª dicit̾ impꝛeſſionis.

Qꝛ aīa xp̄i nō ē oīpotens. .c.i.

P (initial, with guide letter p) Rima ꝯcluſio dicit̾ deſinatio
nis. In qua ſcire debem⁹ de po
tentia xp̄i ſm doctoꝛes catholicos:
ꝙ aīa xp̄i non ē oīpotens ſicut nōt̾
in 3° ſnīarum di. 13. ⁊ rō hui⁹ eſt ſm
Ric. ibidem. quia oīpotentia inclu
dit actiuaꝫ potentiam infinitam in
tenſiue:quia cum vnūquodq̄ꝫ agat
ſm ꝙ eſt in actu:⁊ patiat̾ q̄ꝫtum ē
īpotentia:quantuꝫ res habet de acti
ua potentia:tantū hꝫ de actualitate.
ꝗ potentia actiua infinita includit/
actualitatē infinitam in habente il
lam potentiā. Actualitas aūt infini
ta in nulla creatura eſſe poteſt:quia
omnis actualitas creature cū poſſi
bilitate permixta ē: tn̄ omnis potēª
actiua que aīe xp̄i dari potuit ſibi
data ē. Dn̄s aūt Bon. i 3. ar. 3. q. 3
di. 14. ait. ꝙ oīpotentia cōicare non
potuit alicui creature:qꝛ oīs creatu
ra eo ipſo ꝙ ex nihilo ē deficit a ſū/
ma ſtabilitate. vñ qꝛ nō exiſtit p ſe
ip̄am deficit a ſūma ſimplicitate. vñ
nō agit p ſe totam: deficit a ſumma
īmenſitate. vñ diſtare poteſt ipſa v̄/
tus a ſub̄a. Et qm̄ p ſe non ſubſiſtit:
nec i ſe niſi ſubſtentet̾ a diuina pſo
na:qꝛ non poteſt ſeip̄aꝫ ſuſtinere. iꝺ
impoſſibile ē ip̄am eſſe oīpotentem.
Rurſus q̄niā ex ſeip̄a tota nō agit:
nō pōt in totam rei ſub̄am. ⁊ iꝺ nō
pōt eſſe oīpotens cum non poſſit to
tū ꝓducere. Poſtremo quia v̄tus
eius diſtat a ſub̄a:tantuꝫ poteſt elō
gari ꝙ deficiet omnino. vnde nō po
teſt in omnia. Sicut igit̾ ſoli deo cō
uenit ſūma ſtabilitas: ſūma ſimpli/
citas:ſūma īmenſitas: ſic ē̄t oīpoten
tia que neceſſario requirit iſta tria.
Uñ nec aīe chꝛiſti nec alicui creatu
re pōt omnipotētia cōicari: niſi di/
xerim⁹ de anima xp̄i ꝙ ei omnipoª
cōicatur eo modo: quo ꝯmunicat̾
ei nomen ⁊ excellentia diuinitatis:
ꝭ eſt per ꝯmunicationem ideoma
tum: q̄ oꝛtū hꝫ ex pſonali vnione.
Sic ē̄t poſſum⁹ dicē ꝙ hō eſt de⁹ ita
poſſum⁹ dicē ꝙ hō eſt oīpotens. Sꝫ
ꝯtra ꝭ obijcit̾: qꝛ dr̄ Mat. vlti. ca.
Data eſt mihi oīs ptās in celo ⁊ in
terra. vbi glo. inquit. Non de coeter
na patris diuinitate:ſꝫ de aſſumpta

humãitate dic͛. ⁊ iteꝝ glo. ſup illud
Luce p°. Hic erit magnꝰ. dic͛. Nõ ꝙ
añ v̓ginis ptũ magnꝰ nõ fuerit: ſed
qꝛ potẽtiã quã dei filiꝰ nãlit͛ hẽt: hõ
ex tpe erat acceptu͛ꝰ. Ad hoc dicit
Ric. ꝙ iſte gloſe intelligunt͛ ꝫ illũ
modũ loquẽdi: q̊ idcõmata cõicãt͛
vñ poſt v̓ba gloſe ſecũdo allegate
ſtatĩ ſubiũgit͛: vt vna ſit pſoᵃ hõ ⁊ dſ
Q̃ꝫ i xp̃o nõ ẽ potẽᵃ peccãdi. c. z.
Secunda ꝯ° dicitur negationis
Nã negamꝰ i xp̃o potẽtiã pec
cãdi: ſic͛ vult Anſelmꝰ li. cur deꝰ hõ
⁊ oẽs doctores i z°. di. iz. Nõ deda
rãs. Ric. ait ꝙ xp̃us peccare nõ po
tuit: nec inq̃ꜩtum deus: vt p ſe patet
nec inq̃ꜩtum homo: comprehenſoꝛ.
Et ſicut angeli hõi peccare neq̃ũt
ita etiã nec ip̃e. Non potuit etiã pec
care inq̃ꜩtuꝫ homo viatoꝛ: quia q̃ñ
mã ẽ ſub aliqua foꝛma: cuiꝰ actuali
tas equat ⁊ iplet totã capacitatẽ ⁊
poſſibilitatẽ totiꝰ materie: nõ ẽ poſſi
bil͛ ad ꝯtrariã p̃uatiõeꝫ vt patꝫ in
mã cuiuſcũq; coꝛpoꝛis celeſtis. ſꝫ ẽt
inq̃tũ viatoꝛ tantã hũit gr̃e plẽitu
dieꝫ ꝙ eq̃bat ⁊ iplebat totã capaci
tatẽ aie ſue ⁊ iõ nõ fuit potẽᵃ ad cõ
trariã p̃uatiõeꝫ. q̃ ẽ p peccatũ. Sed
nõndũ ꝫ Boñ. i z°. di. iz. ar. z. q. z
⁊ Ale. i z°. ꝙ potẽᵃ peccãdi dr̃ dupli
cit͛. Uno° potenᵃ q̃ peccat͛: et ſic no
mĩat ip̃m liberꝝ arbitriũ creatũ qõ
ꝗdeꝫ põt in boᵐ adiutũ gr̃a. Et qꝛ
p ſui nãꝫ ẽ defectiuũ: hic ẽ ꝙ illa po
tenᵃ ſiue facultas dici põt potentia
bñ faciẽdi ⁊ potẽtia peccãdi. Nullꝰ
n. peccat niſi p illã. Alio° potẽtia pec
cãdi dr̃ potẽtia oꝛdiata ad peccãdũ
p̃mo° potẽtia peccãdi fuit in xp̃o: qꝛ

vt dicit Dama. oĩa que in nr̃a nã
plãtauit deꝰ: aſſũpſit dei v̓bũ ſi ve
ro potẽtia pecca ndi dr̃ poᵃ oꝛdiata
ad peccatuꝫ pp̃retãdũ: ſic nõ ẽ cõ
cedẽdũ ꝙ xp̃s hũerit potẽtiã peccã
di p eo ꝙ peccare nõ potuit. Talis
enĩ oꝛdinaᵒ imo deoꝛdinatio dĩnuit
de plenitudĩe lib̃tatis: qõ vt darius
vno v̓bo intelligamꝰ: dicimꝰ ꝙ xp̃s
hũit potẽtiã peccãdi ex eo ꝙ hũit li
berꝝ arbitriũ tñ ꝓpter plenitudineꝫ
gr̃e ñ poẽat a bono deficẽ: ⁊ ita nec
peccare. Et ſi dicat͛ ꝙ ſi xp̃s ñ põt
peccare ex necẽitate ꝯſuat iuſticiaꝫ
g̃ ñ ẽ laudandꝰ de iuſtiᵃ: qꝛ vt inq̃t
Lactãtiꝰ 6. li. dĩnaꝝ iſtitutõnuꝫ ad
uerſus gẽtes. Nulla laus ẽ nõ face
qõ facẽ ñ poſſis. Ad h̃ r̃ndet Alex.
ꝙ ẽ q̃dã necẽitaſ coaetõiſ ⁊ ꝓhibitõ
nis. Et cũ aliqõ bonũ fit ex necẽitate
hiꝰ ñ dẽt͛ lauſ: qꝛ iſta tollit volũtatẽ
alia ẽ necẽitas imutabilitatꝗ ⁊ iſta ñ
tollit uolũtatẽ nec laudẽ: ſꝫ põit imu
tabilitatẽ volũtatꝗ in boᵒ. Et h̃ꝰ dr̃
deꝰ ex necẽitate eẽ bonꝰ: ⁊ bona q̃q;
facẽ ſic͛ ſcribit Hiero. ad paulinũ di
cẽs. Bonꝰ ẽ deꝰ ⁊ vt oĩa q̃cũq; fac͛
bona ſint necẽ ẽ. Tali g̃ necẽitate z°°.
dicta xp̃s ſuauit iuſticiã: de q̃ dicit
Anſ. Ꝙ ip̃roꝑe dr̃ necẽitas eo ꝙ ñ ẽ
ibi coactio nec ꝓhibitio. Et ſic patꝫ
ꝙ ſic͛ deꝰ maxĩe laudãdꝰ eſt de bõis
q̃ hꝫ ⁊ ſeruat. ita ⁊ dñs Jeſus xp̃s
qꝛ peccare nõ potuit.

Ꝙ aĩa xp̃i dĩna v̓tute poẽat i iſtiſ
iſerioꝛibus vltra opa nẽ. Ca. z.

Tertia ꝯ° dr̃ ip̃reſſiõis: In qua
pleriq; q̃rẽ ſolẽt ſi aĩa xp̃i poſ
ſet facẽ nõ mediãte ope nẽ imp̃ſſio
nes q̃ p nãm fiũt i iſtis iſerioꝛibꝰ ꝓ

pterea qꝛ ex q̃buſdaꝫ ſcõꝝ dictis ⁊
rõnibꝰ vr̃ ꝙ ſic. Nã dic͛ Jo. Dam.
li. z. loquẽs de xp̃o ſup hoiem. q̃ ho
minũ ſr͛ agebat. Et ponit exẽpluꝫ de
ãbulatõe ſup aq̃s. g̃ vr̃ ꝙ h̃ fecerit
p nãꝫ hũanã ſupnãlit͛ ſublimatã. g̃
pari rõne aĩa xp̃i poſſet facẽ nõ me
diãte nã ip̃reſſiões q̃s fecit nã. Ad
hãc qõeꝫ dixerũt aliq ꝙ q̃uis aĩa
hũana p ſuã nãleꝫ v̓tutẽ nõ poſſꝫ fa
cere tales ip̃reſſiões: tamẽ aĩa btã ⁊
maxĩe aĩa xp̃i ꝓp͛ excellẽtiã ſue be
atitudinis ⁊ ꝓp͛ excellẽtiã ſue actu
alis exñtie poſſet facẽ tales ip̃reſſio
nes nõ mediãte opere nature. vnõ
iſti plane cõcedũt ꝙ ip̃e poſſꝫ hanc
mãꝫ trãſmutare ad foꝛmã ſubãlem
⁊ accñtaleꝫ mõ ſublimioꝛi q̃s tranſ
mutet͛ ope nẽ. Sꝫ ꝯ vr̃ poſſe argui
p euãgeliũ ⁊ p ſcõs: qꝛ miracula q̃
faciebat xp̃s oñdit ſe deuꝫ eſſe: q̃ ꝓ
batio nõ fuit efficax: ſi illa fieri potu
iſſent ẽata v̓tute. Q̃uãuis aũt p bti
tudinẽ aĩe xp̃i ⁊ ſuaꝫ exñtiaꝫ in ver
bo ſit in ea ſupnãl͛ v̓tus: tñ nõ tran
ſcẽdit t͛inos v̓tutis create. Jõ dõ ꝙ
q̃uis xp̃ſ: qꝛ ẽ deꝰ: ⁊ hõ poſſit rõe di
uine potẽtie p̃dictas ip̃reſſiões facẽ
tñ ciꝰ aĩa hoc nõ põt. Uñ Ric. li. p̊.
de tri. ait. Jlla ſigna ⁊ ꝓdigia q̃ fcã
fuerũt ad ꝯfirmatõem fidei nr̃e nõ
niſi diuina v̓tute fieri potuerũt. Uñ
intelligendũ ẽ v̓bũ damaſceni: qꝛ i
illo vult dicẽ ꝙ xp̃s q̃uis eẽt hõ fa
ciebat p diuinã v̓tutẽ opa exñtia p
v̓tutẽ hũanã. Et ꝙ iſte fuerit intelle
ctus eiꝰ pꝫ: qꝛ poſt illa v̓ba pauci in
terpoſitis ſic dic͛. Non. n. hõ erat: ſꝫ
deꝰ homo. Jſta g̃ que ſupꝛadicta ſr͛
de potẽtia xp̃i catholice tenere debe

mus: quẽ cũ deum veꝝ ⁊ hominem
ꝓfiteamur ñ irrõnabilit͛ dicimuſ ꝙ
ptãtem hꝫ ſaluandi ⁊ dãnãdi: moꝛ
tificare ⁊ viuificare: deducẽ ad infe
ros ⁊ reducẽ. Cui oẽs debemuſ glo
riã ⁊ honoꝛem per infinita ſecula ſe
culoꝝ amen.

Dñica 4ᵃ de aduentu. ſermo de
clamoꝛe Johannis: q̃lit͛ ꝯgruo tp̃e
xp̃m clamitat.

Fructꝰ. zi. Jeſuꝫ Joh̃eſ clamitat

Factuꝫ eſt v̓bũ dñi ſuper
Joh̃eꝫ zacharie filium i
deſerto. Scribũt͛ h̃ v̓ba
Luce. z. c. ⁊ in euangelio
p̃ſtis dñice. Exiuit p̃curſoꝛ dñi dile
ctus Joh̃es baptiſta in ſolitudĩe de
ſerti a teneris ãnis: ibiq; ꝯuerſatuſ
ẽ vſq; ad etatẽ maturã. quare factũ
ẽ vt xp̃m: quẽ in vẽo mr̃is exñs ex
ultando ſalutauerat toto illo tempo
re nunq̃ꜩ viderit: ſic͛ patẽ põt ex i°
v̓bo Jo. p̊. Et ego neſciebã eũ. ſꝫ. ſ. ſ
in eum venientẽ. xp̃m publice diul͛
gare cepit. ip̃m predicabat ⁊ demõ
ſtrabat ſaluatoꝛeꝫ ſeculi: ꝓut teſtat͛
lectio euãgelica hodierna: que nõ
imerito a nobis diligent͛ eſt ponde
randa ⁊ examinanda. Pro cᵒ decla
ratõe occurrit nobis ꝯſuetuſ fructꝰ
q eſt. Jeſuꝫ Joh̃es clamitat ꝓ quo
tres ꝯcluſiones ponemꝰ.
Prima dr̃ tp̃is opoꝛtunitas.
zᵃ dr̃ perſone dignitas.
zᵃ dr̃ clamoꝛis qualitas.

Ꝙ tp̃s in quo Joh̃es xp̃m clami
tat fuit opoꝛtunũ. Ca. i.

Prima ꝯcluſio dr̃ tp̃is opoꝛtu
nitas. Nõt͛. n. in pꝛima parte
euangeliȷ̃ oppoꝛtũitas tp̃is: quo xp̃ſ

ĩ mūdū veniēs a Johāne baptiſta
ē pdicat⁹. Dicit nanq₃ euāgeliū. āno
15. impij Tiberij Ceſaris ꝓcurāte
pontio pilato iudeā₃: tetrarcha aūt
galilee Herode: In quibus verbis
tria tempora deſignant᷑.
Primum vnionis romani imperij
2ᵐ partionis regni iudaici.
3ᵐ diuiſionis ſacerdotij.
Primū tps qd hic deſignat᷑ dici
tur vniōis romani impij. Nā vt col
ligit᷑ ex dictis Liuij Oroſij Eutro-
pij ⁊ alioꝝ: q romāa reipublice ge-
ſta ↄſcripſere. Romani orbis dñi₃
appetētes vſq₃ ad Octauiani tēpa
bellis ꝓuincias varias edomando
regnū in vrbe ꝓ reipu. ſtatu ſepenu
mero mutauerūt. Nā pmo reguerūt
ibi reges. v₃. Romulus: dein Numa
Pompili⁹: q leges romanis inſtitu
it: poſt hūc Tullius Hoſtili⁹: qui al-
banos vicit: vecientes ⁊ fidenatos
cui ſucceſſit Ane⁹ marti⁹: q dimica
uit ↄ latinos: ⁊ montē ianiculū ciui
tati abiecit. Poſt ipſu₃ Tarqnus
Criſp⁹ qui ludos romanis īſtituit:
vicit ſauios: pm⁹ q₃ triūphās romā
intrauit: Poſt c⁹ obitū ſecut⁹ ē Ser
uius Tullius. Tandē fuit Lucius
Tarqn⁹ ſupb⁹: qui pm⁹ excogitauit
vincula carceres ⁊ fuſces. ⁊ ꝓpt᷑ ſtu
pru Lucretie vxoris collatini. 25. an
no regni ſui cū vxore liberi expul
ſus ē. Et p hos reges regnatū fuit
ānis. 243. Cū adhuc roma vbi plri-
mū vix vſq₃ ad. 17. miliariū poſſide
ret. Poſt reges ↄſules regere cepūt
Duo hac de cā creati: vt ſi vn⁹ ma
lus eē voluiſſet: alt᷑ habens ptātem
potuiſſet eu₃ ꝓhibere. Et placuit ne
impium longi⁹ q₃ annū haberēt ne
p diuturnitatem ptātem inſolentio
res redderēt᷑. S₃ ānales ſemp eēnt
q ſe poſt ānum ſcirent eſſe ꝓuatos.
Habuerunt ḡ romani pmo āno Lu
ciu₃ Junium Brutū: ⁊ Tarqnum
collatinum conſules: Et cum āmo
ueret᷑ Tarquin⁹ collatinus: eodem
anno factus eſt conſul Luci⁹ Uale-
ri⁹ publicula. Et vſq₃ ad annū trecē
teſimū ⁊ vltra ab vrbe condita du-
rauit impiū ↄſulare. Poſt qd pro
duob⁹ ↄſulib⁹ facti ſunt decem qui
ſententiā ⁊ ptātem haberent. a qui
bus ſcdo anno hec ptās ſublata eſt
ex eo q Apius Claudius vnus ex
decem filiā cuiuſdā vginem voluit
corrumpere Reſtitutum eſt igit᷑ im
periū ↄſulare: ⁊ vſq₃ ad ambo bel-
la int᷑ Ceſarē ⁊ Pompeium geſta
null⁹ vnq₃ fuit: qui nec vrbi nec or
bi p ſe imperaret. S₃ Julio Ceſare
int᷑fecto Octauian⁹ impiu₃ ſumpſit
q₂ vt dic Seſt. in p li. de qōnib⁹ nāli
bus. ⁊ Plutarchus de vita ⁊ obitu
Ciceronis. nepos erat Julij Ceſaris
eiuſq₃ filius adoptiu⁹: quem Ceſar
heredem in teſtamento reliquit hic
Octauian⁹ vt dicit Suethoni⁹ regn
uit ānis. 56. Duodecim cū Marco
Antonio ⁊. 44. p ſe: q ſedatis oib⁹
bellis orbē totu₃ ſuo ſubiecit impio
cunctis inimicis ⁊ turbatiōib⁹ Ro
manoꝝ deuictis. Hinc ſucceſſit ipio
Tiberi⁹: c⁹ tpe romanoꝝ impiū ſo
lidū erat ⁊ vnitū: cuius anno. 15. im
perij Johannes xpm incepit pdi
care. Nō quidem tempus merito h
aſſignat᷑: vt nōret᷑ q gentiles erāt
ad fidē xpi reuocandi. Unde Gre.
in omel. ait. Redēptoris precurſor
quo tpe vbū pdicationis acceperit
memorato romano reipublice prin
cipe ⁊ iudee regibus deſignatur: cū
dr̄ anno. 15. ⁊c. Etenim illū pdica
re veniebat qui ex iudea quoſda₃
⁊ multos ex gentib⁹ redēptur⁹ erat
per rege₃ ⁊ pncipem iudeoꝝ predi
cationis eius ipſa deſignant᷑. Quia
autē gētilitas colligēda erat ī roma
na repu. vnus prefuiſſet deſcribitur
cū dicit᷑. Imperij Tiberij Ceſaris.
Ad hoc eti inquit Origenes. In p
phetico quodā ſmone ſolis iudeis
pdicato ſolum iudeorum regnu₃ de
ſcribit᷑. Uiſio ingt Iſaie in diebus
Ozie ioatha₃ ⁊ Achaz regū iuda.
Et in euangelio quod erat pdican-
dū in vniuerſo mundo: dñiu₃ deſcri
bit᷑ Tiberij ceſaris: qui totius orb
dñs videbat᷑. hec Origenes.
2ᵐ tps quod hic deſignatur dici
tur partionis regni iudeorum. cu₃
ſequit᷑ in euangelio. Procurāte pō
tio pilato iudea₃ ⁊c. vbi Beda ait.
Pilatus qdem. 12. āno Tiberij Ce-
ſaris iudeā miſſus ꝓcuratōe₃ gen
tis ſuſcepit: atq₃ ibi p decē annos cō
tinuo vſq₃ ad ip₃ pene finē Tiberij
pdurauit. Herodes aūt ⁊ Philipp⁹
⁊ Liſanias filij fuit Herodis illi⁹: ſub
quo dñs natus ē: int᷑ quos ⁊ ipſu₃
Herodē archelaus frater coꝝ decē
annis regnauit: qa a iudeis apud
Auguſtū criminatus eſt apud Uie
na₃ exilio perijt. Regnū aūt iudee
quo min⁹ validū fieret: idē auguſt⁹
p tetrarchas diuidere curauit. Hec
Beda. Uerūtū de Liſania dicunt ali
qui ip₃ nō fuiſſe filiū Herodis: ſed
magi ptholomei: qui ſub libano ha
bitabat. ⁊ Alexāder filius aſtrobo
li q de mathā deſcenderat. tetrarcha
aūt idem ē qd princeps quarte par
tis. Nā regnū ipoꝝ iudeoꝝ in qua
tuor partes erat diuiſu₃. ſ. iudee ga
lilee ituree ⁊ abiline. Quibus pfue
runt quatuor. ſ. pilatus tenens locū
imperatoris ſuper iudeam. ⁊ Hero
des q erat tetrarcha. i. pnceps gali
lee. Et Philipp⁹ q erat tetrārcha Itu
ree ⁊ traconitidis regionis. Et Li-
ſanias qui erat tetrarcha abiline.
abilina etiā eſt nomē regionis. Nō
aūt ſine cauſa factu₃ eſt q tot pnci
pes imperarent iudeis eo tempore
quo xps uenit in mundo. ait nanq₃
Gre. in omel. Quia enī iudea erat
ꝓ culpa perfidie diſpergēda in iu-
dee regno p partem ⁊ ptem pluri
mi pncipabant᷑ ſm illud. Oē regnū
in ſeipm diuiſu₃ deſolabit᷑ ⁊c.
3ᵐ tempus quod hic deſignatur di
cit᷑ diuiſionis ſacerdotij: cū ſubdit᷑
Sub pncipibus ſacerdotu₃ Anna
Caipha: ſub q vbo ait Beda. ābo
incipiente pdicatione Johannis. i.
anna ⁊ Caiphas pncipes fuerūt ſa
cerdotū: ſ₃ anna illum annum. Cay
phas vo eum quo dominus aſcen
dit cruce₃ adminiſtrabat trib⁹ alijs
ī medio pontificatu perfunctis. Ue-
rū hi maxie q ad dñi paſſione₃ pti
nent ab euangeliſta ↄmemorantur
Legalib⁹ nāq₃ tūc pceptis vi ⁊ am
bitōne ceſſantib⁹: nulli pontificatus
honor vite vel generis merito red
debat᷑. Sed romana ptāte ſumma
ſacerdotij pſtabat᷑. hec Beda. Qua
re aūt tale tempus ī euāgelio nōt᷑:

Magdalena peccatrice i Mathbeo
publicano: et ceteris ad xpm ↄuerſ
Corda aſpera et ↄtra xpm indura
ta mollificata ſunt: et reducta i vias
planas: ſicut pz in Paulo. Si g xpś
eſt q gr̃am donat: rebelles redimit:
peccata dimittit: et duros ſua pieta
te mollificat ipm amare: ipz timere
tenemur et dignum ſibi babitaculũ
in noſtra mente pparare.
2º pdicabat Jobes ſalutis noti
tiã. qñ dixit. Uidebit omnis caro ſa
lutare dei. ubi Chry. ait. Oſtendit h
qm ad fines mũdi diffunderet euan
gelij vtus atqz cognitio. Grego. in
omel. ait. Omnis caro. i. ois bõ ſa
lutare dei. i. xpm in bac vita videre
nõ potuit. pbeta g oculũ ad extre
mũ iudicij die tendit: qñ bũc oẽs et
electi et reprobi pariter videbũt. h
Gre. Nos itaqz q xpz p fidez vide
mus: conemur illi ita ſeruire: vt me
reamur ipm aſpicẽ glorioſũ cũ ple
nitudine oĩum nr̃oꝝ deſiderioꝝ in
felici regno illo: in quo ipe viuit p i
finita ſecula ſecu. amen.

In natiuitate dñi nr̃i Jeſu chri
ſti. Smo de poſſibilitate qualitate et
iocunditate icarnatõis vbi dei.

Fructus. zz. Jeſus letant naſcit

E Uangelizo vobis gaudi
um magnum: qđ erit oĩ
populo: qz natus ẽ bodie
ſaluator mundi: q ẽ xps
dñs in ciuitate Dauid. Scribunt h
vba Luce. z. c. et in euangelio bꝰ ſac
tiſſime ſolẽnitatis. Dies bic celebri
mus dilectiſſimi in xpo Jbu ſũma
cũ deuotõe ẽ excolẽdus: in q̃ ſcã mr
ecclia recolit myſteria iocũdiſſima
natiuitatis ſaluatoris nr̃i Jbu xpi:
qd nanqz dulciꝰ põt audiri: qd ſua
uiꝰ: qd ue mirabiliꝰ q̃ Jeſus xps fi
liꝰ dei in Bethleẽ naſcit. Currite gẽ
tes et venite oẽs cũ paſtoribꝰ ad vi
dẽdũ dei filiũ p nobis peccatoribꝰ i
pſepe natũ. boc ſit nobis bodierna
die ſtudiũ et magnificẽtia vt natiui
tatẽ Jbu xpi pie ardenter atqz affe
ctuoſe ↄtẽplãi velimꝰ. Inuigilẽt ſen
ſus nr̃i et puerulũ xpm Jeſum ſuſci
piamꝰ reuerentẽ: de q̃ in pñti ſmõe
dicẽ volentes fructũ ↄponimꝰ q eſt
Jeſus letant naſcit. qđ angelꝰ teſti
ficatꝰ eſt i vbis ppoſitis i themate: i
qbꝰ naſcentis xpi gaudiũ exprimit:
vbi et noſtria myſteria ↄtẽplabimꝰ
Primũ dr̃ incarnatõis poſſibilitas
2m dr̃ natiuitatis qualitas.
3m dr̃ natiuitatis iocunditas.

De incarnatio xpi ẽ poſſibil. c. i.

P Rimũ myſteriũ dr̃ incarnatõ
nis poſſibilitas: in quo explice
mꝰ ↄtra nonnullos ipic ſentientes:
q deũ incarnari fuit ipoſſibile. q h
ſit falſuz pz: qz ſuũ oppoſitũ ẽ veꝝ:
et h tangit a doctoribus. vz. ſ. tho. et
btõ Bon. in 3º ſniarum. di. i. q. i. et
pbat ipz poſſibile eſſe incarnari tri
bus ratõnibus.
h rõne oĩpotentie.
2º rõne excellentie.
3º rõne ↄuenientie.
h pbãt rõne omnipotentie. Naz
deꝰ cum ſit omnipotens põt oẽ illud
qđ nec ↄtradictorium includit: nec
aliquem defectum in deo ponit. ſz il
lud Luce h. Nõ erit impoſſibile oẽ
vbum apud deũ: ſz deum bumanaz
naturaz aſſumere nec includit ↄtra
dictõem: nec in deo aliquẽ defectũ
ponit. Nam diuinã nãm vniri bũa
ne i vnitate perſoꝰ nõ ẽ aliud q̃s di
uinã pſonã: q ab eterno fuit bypoſtaſ
reſpectu diuine nẽ eſſe bypoſtaſim
reſpectu bumane nẽ in tempore. h
aũt nõ dicit aliquã impfectõez: ſed
potius dignitatẽ et nobilitatẽ. ſic. n.
cũ deus ſit ens ab eterno: i nullo fit
derogatio bonitati ſue: dũ ẽ cã boni
tatis creature cauſat in tpe: quãuis
bonitas creata longe ſit inferior bo
nitate increata. Sicut. n. pſona filij
dei ſit bypoſtaſis intellectualis et ſpi
ritualis et increata ab eterno: in nul
lo derogat ſi ſit bypoſtaſis rõnal nẽ
create in tpe: et quẽadmoduz deꝰ de
nõ creante ſit creans in actu abſqz
alia ſui mutatõe vl inouatiõe: ſz ſo
lũ fcã mutatiõe ex pte nẽ create: ſic
pſoꝰ filij dei: q nõ erat bypoſtaſ bu
mane nẽ in actu bz eẽ eiꝰ bypoſtaſis
abſqz aliq̃ ſui mutabilitate ſolũ fcã
mutatõe ex pte nẽ aſſumpte. et quẽ
admodũ deꝰ. n. ẽ in creatura p eſſen
tiã et p pñtiaz in nullo depẽdet ab il
la: ſz potiꝰ depẽdet creatura ab ipſo
tanq̃ a cã ↄſeruante et ſubſtẽtante.
ſic et deꝰ cũ ẽ in creatura rõali p vni
õnẽ nõ depẽdet ab ipa: ſz potiꝰ eoꝰ.
qz bz ſubſiſtari in illo. 2º rõ dici
tur excellẽtie. nã vt ait bilariꝰ plꝰ
põt deꝰ facẽ q̃s bõ dicere vl itelligẽ
ſz bõ põt dicere vel intelligere rõa
bilit deum bumanam naturaz aſſu
mere. g multo magis deus põt boc
facere. Intelligit nanqz bõ ↄgruuz
fuiſſe deũ incarnari tũ pter ſue po
tentie ſapientie et bonitatis eminen
tẽ manifeſtatõem: que qdẽ facta eſt
in bũani generi ſuſceptõe: tũ pter
opeꝝ diuinoꝝ excellẽtẽ ↄſũmatõz
q̃ ẽ fcã cũ vltimũ ↄiunctũ ẽ pmo: tũ
pter bumilẽ peccati ſolutiõem ad
liberatõem bois captiui: qz ſola pꝰ
diuina erat: que ppõderat toti bũa
no generi. 3a ratio dicitur ↄueni
entie. nam coꝝ eſt facilis vnio: que
ad inuicẽ ſſilitudinez bñt. ſz bomo ẽ
creatus ad ſſilitudinẽ et imaginẽ dei
vt dr̃ gen. h. g bumana nã diue ali
quo mõ ẽ vnibil in pſona. Et ſi dr̃
q nulla põt eſſe vnio int illa: inter
que nulla ẽ pportio. ſz dei q eſt infi
nitus ad creaturã que eſt finita nul
la ẽ pportio. g nulla põt eſſe vnio.
Ad h dõ q duplex ẽ pportio. vna
q̃ attẽdit in cõueniẽtia ordinis. alia
q̃ attendit i ↄmẽſuratiõe q̃titatis.
Cũ g dr̃ q ẽẽ vnibile et pportõabiꝰ
nõ bz vitatẽ in ſcdo mõ dicta p eo
q ſi aq̃ mari infinita eẽt: adbuc poſ
ſet ſpõgia imergi: ſic nũc imergere
tur. et iõ ſuffic ad vnionez pportõ q̃
ↄſurgit ex cõueniẽtia ordinis: et tal
ẽ ↄueniẽtia q̃ eſt int creaturã rõal
et deũ p eo q creatura rõal eo ipſo
q ẽ imago dei: nata ẽ ordinari i ipo
Diximꝰ qualit doctores tbeologici
poſſibilitatẽ incarnatõis oſtendũt:
qđ a nobis nõ ẽ curioſe iueſtigãdũ
ſz mẽte potiꝰ affectuoſe recolẽdũ.

Quo tpe et loco et q̃ paupertate xps
natus ſit. Ca. z.

S Ecũdũ myſteriũ dr̃ natiuitatis
qlitas. i q̃ ↄſiderare dẽmꝰ qlit
xps natꝰ deſcribit ab euãgꝰ. ex cuiꝰ cõ
ſideratõe tres ↄditões xpi naſcẽti
colligimus. Prima dr̃ tpalitas.
2a dicit localitas.

ꝫ dicit̃ paupertas.
Prima ꝯditio dr̃ tpalitas. Deſi
gnat̃ nãq; in euãgelio ꝙ xp̃s nat⁹
ẽ Octauiãi ĩperatoris tpe: q vt ſcri
bit Suetoni⁹ ⁊ Eutropi⁹ nat⁹ ẽ i va
letrão oppido. 8. cal. ſeptẽbris ex pa
tre Octauiano ſenatore ⁊ mr̃e atia
nepote Julij ceſaris gẽita ex Julia
ſorore: q̃ nupſerat. L. Balbo. ꝫ q̃ re
fert plini⁹ i 2°. hiſtorie nãlis. Cũ vr
bẽ itraret apparuerũt ſtelle circ̃ ſolẽ
i modũ corone poſite. Hic ſedatꝭ oi
bus bellis orbẽ totũ ſuo ſubiecit ipio
cũctis inimicis ⁊ turbatoib⁹ romão
rũ deuictis. Regnauit nanq; ãnis. 56.
iz. cũ. M. Antonio ⁊ M. Lepido.
⁊. 44. ꝑ ſe. Et vt dic̃ Solin⁹ de mira
bilib⁹ mũdi. Tps auguſti ſolũ reꝑ
tũ: q̃ plurimũ arma ceſſauerũt ⁊ ige
nia floruerũt fuerũt tũc horati⁹ flacc⁹
Uirgili⁹: Ouidi⁹: Macer: Catullus
veronẽſis. Terenti⁹: Uarro: M. T.
C. Appollidori⁹. Ualeri⁹ Marcella
Ualeri⁹ maxim⁹: ⁊ ꝗplures alij: vt
dic̃ Oroſi⁹. Octauian⁹ victor rediẽſ
ab oriẽte cũ triplici triũpho vrbẽ in
greſſus: tũc p̃mus q: rẽpu. au. erat
auguſt⁹ ẽ ſalutat⁹. ⁊ cũ pacificũ poſ
ſideret impiũ edictũ fec̃ vt deſcribe
ret̃ vniuerſus orb: vt ſciret quot ꝓ
uincie: quot hoies eẽnt in toto orbe
⁊ dicebat̃ deſcriptio: q: numer⁹ coꝝ
q cẽſuꝫ ferebãt redigebat̃ i ſcriptũ
vt refert mgr̃ i hiſtoria ſcholaſtica.
Dicebat̃ et ꝓfeſſio: q: qlꝫ offerens
denariũ ſuũ p̃ſidi ponebat illõ ſuper
caput ſuuꝫ: ⁊ ꝓprio ore ꝓfitebat̃ ſe
eẽ ſubdituꝫ romão ipio. Regnãte h
imperatore pijſſimo xp̃s dei fili⁹ naſci
voluit. Uñ Beda ait. Naſcitur⁹ in
carne dei fili⁹ ſic de v̓gine nat⁹ v̓gini
tatis ſibi dec⁹ oñdit eẽ gratiſſi^{m}: ſic
pacatiſſimo ſeculi tpe ꝓcreat̃: quia
pacẽ querẽ docuit: ⁊ pacꝭ ſectatorꝭ
i viſere idignat̃. nulluꝫ aũt mai⁹ po
tuit eẽ pacꝭ idiciũ: ꝙ; totũ orbẽ vna
deſcriptõe ꝯcludi: Cui⁹ Octauianus
auguſt⁹ tãta. iz. ãnis circa tps dñice
natiuitatis pace regnuit. Theophil⁹
v̓o ait. Cõueniẽs erat vt ꝑ xp̃ꝫ cul
tus mltoꝝ deoꝝ deficẽt ⁊ vn⁹ de⁹ co
leret̃. vñ vn⁹ rex orbi ĩpaſſe deſcri
bit̃ nec exiſtimare debem⁹ regẽ re
gũ. Jhꝫ xp̃ꝫ ſub deſcriptõe mũdi na
tũ abſq; myſtica ⁊ ratõnali cã. Dic̃
Origenes. Diligẽti⁹ aũt ituẽti ſacr̃ꝫ
qddã vr̃ ſignificari: q: in toti⁹ orb
ꝓfeſſiõe deſcribi oportuit xp̃ꝫ vt cũ
oib⁹ ſcript⁹ ſcĩficaret oẽs. Grego. in
omel. iqt. Myſtice ãt naſcituro dño
mũd⁹ deſcribr̃: q: ille appebat i car
ne. q electos ſuos aſcribẽt in eẽnita
te. ꝫ dr̃ xp̃i naſcentis localitas.
Naſci voluit i Bethleeꝫ iude: in q̃
erat Joſeph cũ Maria: eo ꝙ eẽt de
domo ⁊ familia Dauid et dicitur
Bethleẽ ciuitas Dauid ꝫ Nic. de li
ra: q: ibi ortũd⁹ fuit vt hr̃. p̃mi R. 17
c. ⁊ Joſeph erat de genẽ Dauid: ſic
dr̃ Mat. p̃. ⁊ nõ ẽ alienũ in ꝓpoſito:
q: ibĩs xp̃s nat⁹ ẽ in taꝫ hũili loco ⁊
ñ in hierl̃eꝫ: nec i maxĩa roma: q: i
oib⁹ ſuis actib⁹ ſe hũileꝫ exhibẽ vo
luit. vñ Bethleeꝫ elegit ſue natiui
ti: ⁊ hierl̃eꝫ ſue paſſioni: vt ꝑ h gliã
hoĩuꝫ ꝯfutaret: qui in ciuitate igno
bili naſcens: in ciuitate nobili ẽ paſ
ſus opprobrium. Et vt dicitur in q̃
daꝫ ſermone epheſini concilij ſi ma
ximam Romam elegiſſet: ciuitatẽ
ꝓpter potentiam ciuium mutationẽ
orbis terrarum putarent: ſi fili⁹ fuiſ
ſet imperatoris ptãtis vtilitateꝫ aſcri
berent. Sꝫ vt hũilitas xp̃i oñderet̃
⁊ diuinitas cognoſceret̃ orbẽ terra
rũ trãſformaſſe paupculã elegit ma
trẽ paupiorẽ ⁊ ignobiliorẽ pr̃iaꝫ: tũ
in ſignũ pfecte victorie: tũ vt ſuã po
teſtatẽ oñderet in ip̃a roma que ca
put erat orbis ſtatuit caput eccleſie
ſue ꝫ illõ Jſa. 26. Ciuitatẽ ſublimeꝫ
hũili auit: ⁊ ꝯculcabit eam pes pau
peris. i. xp̃i: greſſus egenoꝝ. i. Pe
tri ⁊ Pauli apl̃oꝝ eius.
ꝫ ꝯditio dr̃ xp̃i naſcentis paup
tas. De q̃ ait Luce. 2. c. Jmpleti ſũt
dies vt pareret: ⁊ pepit filiũ ſuũ p̃ge
nitũ: ⁊ pannis eũ inuoluit: ⁊ reclina
uit eũ in p̃ſepio: q: nõ erat ei loc⁹ in
diuerſorio. Diuerſorium nanq; ſm
mgr̃ꝫ in hiſtoria ſcholaſtica dicitur
opimentũ qđ eſt inter duas domos
ſub quo ciues ad colloquẽdum vel
ꝓpter aeris intemperieꝫ diuertebãt
vbi Joſeph boui ⁊ aſino preſepe fẽ
cerat. Miratur modo anima mea
ꝙ; extrema fuit paupertas regis ce
lorum ⁊ omniuꝫ creaturaꝝ naſcẽtꝭ.
Audi hieronymum ad Marcellã
de vrbe ſecedenda dicentem. q̃ ſer
mone qua voce ſpeluncam tibi ſal
uatoris exponaꝫ: ⁊ illud p̃ſepe in q̃
infantulus vagijt ſilentio magis ꝙ;
infirmo ſermone honorandũ ẽ. Ubi
ſunt late porticus. vbi aureata laq̃a
ria. vbi dom⁹ miſeroꝝ penis ⁊ dã
natoꝝ labore veſtite. vbi ad inſtar
palacij p̃uatoꝝ extructe baſilice: vt
vile corpuſculũ hoĩs precioſi⁹ inam
bulet: ⁊ quaſi mundo quicq; poſſit
eẽ ornati⁹ tecta ſua magis velit ac
cipere ꝙ; celũ. Bethleẽ. ecce in hoc
puo terre foramine celoꝝ condito^{r}
nat⁹ eſt. hic inuolut⁹ pannis. hic v^{i}
ſus a paſtorib⁹. hic demonſtratus a
ſtella hic adorat⁹ a Magis. hec ille
Et idẽ ad Euſtochiũ. Jlle cuius pu
gillo mundus cõcludit̃ preſepe cõ
tinet̃ anguſta. O quid erat videre
filiũ dei inuolutũ pãnis vagienteꝫ:
lachrymantem: pre frigore tabeſcẽ
teꝫ. Eamus omnes queſo cuꝫ paſto
rib⁹ ⁊ dicamus ſibi. O angelorum
rex digniſſime: q ꝓ nobis ad hanc
neccitatem veniſti: vt ex paupercula
matre in tuguriolo viliſſimo nõ ha
bens vbi caput reclines: quid vis
a nobis quid tibi pſoluere poſſum⁹
Uis auꝝ: vis argẽtũ. placent tibi vl̃
gẽme vl̃ iocalia vl̃ p̃cioſa queq; di
uertibilia. Et ſi forte iſta ſpreueris
q̃ faciunt tantũ ornatum. Nam ꝓ
tua neceſſitate domũ acciperes ad
habitandum: ligna ⁊ pãnos ad ca
lefaciendũ. Et mox infantulus iſte
clamabit ardent̃. O rationales cre
ature nolo mundi diuitias: nolo de
litias nolo magnificentias. Ecce ve
ſtram carnẽ aſſumpſi: puerulus ſuꝫ
⁊ ꝓ vobis trigintatribus annis la
borabo indeſinent̃ in fame ⁊ ſiti in
vigilijs ⁊ peregrinatõnib⁹: in angu
ſtijs ⁊ perſecutõib⁹: in plagis ⁊ vul
nerib⁹ in ſanguinis effuſione vſq;
ad mortẽ. Si mihi placere cupitꝭ q
vos ita diligo: pctã vr̃a mihi dona
te. Jlla ſup humeros meos ponite:
dolẽtes in corde vr̃o de quibuſcũq;
ꝯmiſſis: ⁊ ego ꝓ vobis ſatiſfaciam
Ego omnium penitentiaꝫ portabo.
O hũani cordis duritas cur ñ molit̃

Cur non flectit̃: cur non mouet̃ ad
vocē oīum ſaluatoris ſi nempe hu
mane mentes gelate: ⁊ ferro durio
res: qm̄ xp̄z puulū clamātez ⁊ dicē
tē: pctā depōite pctā depōite: qꝛ ꝓpt̃
pctā incipio peregrinari ad mortez
Sꝫ qd tu faciebas o v̄go pijſſima:
qn̄ tu videbas in aſſumpta carne
factorem oīum tā infimo loco natū
flebant oculi tui: que tanto magis
eras pietate deuicta: quanto certior
eras de altitudine ſecreti. Nēpe hu
manus intē⁹ excogitare non poſſet
qualit̃ v̄go ſanctiſſiᵃ puella ⁊ plēa
grā ſui filij ardētiſſimā pauptatem
defleuit.

Qꝫ oīs creature in xp̄i natiuita
te ſignū iocūditatis oñderūt. Ca. 3.

Tertiū myſteriū dr̃ natiuitatis
iocūditas. Naz natiuitas pn̄s
letiſſiᵃ dꝫ eē aīs qbuſcūqꝫ bn̄ diſpo
ſitis de q̄ ⁊ nos triplicē iocūditatez
inferemus.

Prima dr̃ ſupnālis.
2ᵃ dr̃ v̄ginalis
3ᵃ dicit̃ generalis.

Prima dicit̃ ſupnaturalis: q̄ fcā
fuit in angelicis choris. ⁊ qdē āge⁹
vn⁹ letus ad paſtores deſcēdit: qui
vigilias noctis cuſtodiebāt ſup gre
gē ſuū ānūciās eis ꝙ nat⁹ eſſet ibꝫ
cū quo facta ē multitudo mag̃ cele
ſtis exercit⁹ cātantiū. Gloria in al
tiſſimis deo ⁊c̄. ⁊ vt inquit Beda in
omel̃. Nunq̄ꝫ in tota veteris teſta
mēti ſerie repiem⁹ angelos: q tā ſe
dulo apparuerūt patrib⁹ ꝙ cū luce
apparuiſſet. Sed h̃ p̄uilegiū recte
huic tp̄i eſt reſeruatum: qn̄ exortū
eſt in tenebris lumen ⁊ rectis corde
letitia. hec ille.

2ᵃ iocunditas dicit̃ v̄ginalis. Ꝯ
ſcepit eqdē v̄go glīoſa inextimabi⁹
gaudiū: cū vidit ſe pepiſſe ſine cor
ruptiōe: ⁊ ſine dolore: nec vt quidā
fatue arbitrant̃ iacens pepit filium
ſuū: nec obſtetricū habuit adiutori
uz. vn̄ Hiero. aduerſus Eluidium.
Nulla ibi obſtetrix fuit: nulla mulī
ercularꝫ ſedulitas itroceſſit: ipſa pā
nis iuoluit infantē: ipſa ⁊ mr̄ ⁊ v̄go
puto. n. ꝙ appropinquāte hora par
tus ſenſit v̄go puriſſima tantā intel
lectus letitiam: quātam nō ſenſerat
vnquā omnibus diebus vite ſue. ⁊
oēs ſenſus eius ſpūales ⁊ corpales
quadam inenarrabili ſuauitate re
plebant̃. Et eleuatas ſup humanas
vires in abiſſuz diuine ꝯtēplatiōis
ita cū imenſo dulcore pepit filiū ſuū
quē vt vidit natū: mox adorauit vt
verū deū: ⁊ deinde illū ad ſe ſuſcipiēs
ſuo pectori ſtrinxit: ⁊ pānis iuoluē⁹
lacte ſuo paruo paſcebat. audiuit ⁊
angelos cantantes. Uidit paſtores
cū admiratōne venientes ad inqui
rendum de ſaluatore nato: quē ipſa
parturierat: ipſa tenebat: ipſa tracta
bat. O gaudium vere incognoſcibi
le: cū v̄go glorioſa videbat ocul' cor
poris: quē ſancti p̄res ceteriqꝫ elcī
deſiderauerūt inſpicere. nec ſoluz fi
liuz ſuuz ſentiebat: ſꝫ ſui ipī⁹ ⁊ ēt deī
filiū eē intelligebat.

3ᵃ iocūditas dr̃ gn̄alis. nam dn̄o
naſcēte oēs q̄dāmō creature viſe ſūt
ſuo mō letari. Creatura nāqꝫ pure
corpea letata ē. qꝛ vt teſtat̃ Inn. 3.
tpe illō q̄ rome lōgo pax fuit: romāi
tēplū pacis pulcherrimū ꝯſtruxerūt
⁊ ibi ſtatuā Romuli poſuerunt: ꝯſu
lentes v̄o apollinē q̄ꝫtuz duraret: ac
ceperūt reſponſuz quouſqꝫ v̄go pa
reret: quod ipi audientes dixerūt i
eternū durabit: qꝛ v̄go nunq̄ꝫ pari
et. vn̄ ⁊ in forib⁹ templi titulū hunc
ſcripſerunt. Tēpluz pacis in eternū
Sꝫ i ipſa nocte q̄ v̄go pepit tēplū fū
dit⁹ corruit. vbi mō eſt eccᵃ: que ſcē
Marie noue dr̃. 2° letata eſt creatu
ra corpea ⁊ lucida: vt p̄dictus In
nocēti⁹ papa dicit. In ipſa nocte na
tiuitatis obſcuritas aeris in clarita
tē dici v̄ſa eſt. ⁊ in die natiuitatiſ dn̄i
tres ſoles in oriente apparuerūt: q
paulatiꝫ in vnuz corp⁹ ſolare reda
cti ſūt: lꝫ i hiſtorijs ſcholaſticis dicat̃
ꝙ hoc nō fuit in die natiuitatis: ſꝫ
aū p aliqō tps. ſ. poſt mortē filij Ce
ſaris. qō ēt Euſebi⁹ in cronica aſſe
rit. Oroſius v̄o dicit verba hec.
Hora circiter tertia repente liqdo
ac puro ſereno circul⁹ ad ſpēm cele
ſtis arcus orbem ſolem ambuit: q̄ſi
vēturus eſſet q ipſum ſolē ſol⁹ mun
dūqꝫ totū effeciſſet ⁊ regeret. Addi
dit ⁊ Inno. rem dignam miratu: ꝙ
Octauianus impator in tm̄ ſenatui
placuit: vt ipm̄ ꝓ deo colere vellent
q ſe mortalē intelligēs imortalitati
ſibi nomē noluit v̄ſurpare. Ad illo
rū v̄o importunā inſtātiaꝫ ſibyllam
ꝓphetiſſaꝫ aduocat ſcire volēs p e⁹
oracula ſi mūdo aliqn̄ eo maior na
ſceret̃: ⁊ cū in die natiuitatis dn̄i cō
ſiliū ſup hac re ꝯuocaſſꝫ: ⁊ ſibylla i
camera impatoris oraculis inſiſtēt
i die media circulus nitens appuit
circa ſolem: ⁊ in medio circuli v̄go
pulcherrima filium geſtans in gre
mio: tūc ſibylla hoc Ceſari oſtendit
Cū impator ad p̄dictam viſionem
plurimū admiraret̃: audiuit vocez
dicentē. Hec eſt ara celi. dixitqꝫ ei ſi
bylla. Hic puer maior te eſt ipſum
adora. Et camera i q̄ hec celebrata
ſunt: in honore ſancte Marie dedi
cata eſt eccleſia: que vſqꝫ hodie dr̃
ara celi. Octauianus puero ſibi mō
ſtrato mirraꝫ dedit: ⁊ deus de cetero
vocari recuſauit. 3° letati ſūt paſto
res inuenientes ſicut dixerat eis an
gelus. vnde ⁊ nos oīs letari debe
mus: ⁊ ſpūaliter iocūdari: qꝛ vt ait
Leo papa in ſmone. ſaluator noſter
hodie dilectiſſimi natus eſt gaude
amus. Neqꝫ enim locum fas eſt eē
triſtitie: vbi natalis eſt vite: que cō
ſumptio mortalitatis timore ingerit
nobis de ꝓmiſſa eternitate letitiam
Nemo ab huius alacritatis partici
patione ſecernitur. vna cunctis leti
tie ꝯmunis eſt ratio: quia dominus
noſter mortis peccatiqꝫ deſtructor:
ſicut nullum a reatu liberꝝ reperit:
ita liberandis omnibus uenit: exul
tat ſanct⁹: qꝛ appropinquat ad pal
mā: gaudeat peccator: quia iuitat̃
ad veniam: animetur gentilis: quia
vocat̃ ad vitā. hec ille. Igr̃ leti facti
ſunt celi ⁊ ciues celorꝝ ⁊c̄. Sic ⁊ noſ
gaudentes referamus gratias deo:
qui ſeipſum dedit paruulum: vt noſ
magnoſ faceret in regno celoruꝫ: in
quo viuit ⁊ regnat per infinita ſecu
la ſeculorꝝ amen.

In feſto ſancti Stephani ꝓthomar
tyris. ſermo de eodem.

Fruct⁹. 22. Stephanus Ieſuz vi
dens lapidat̃.

V Ideo celos aptos: ⁊ iħ̄z
ſtātez a dextris v̄tutꝭ dei
actꝭ.7. In tribulatōne po
ſitis ac laborātibus dile
ctiſſimi in xp̄o Jeſu ꝓ diuino amo
re nō deeſt auxiliuz ſue gratie: q̄ fit
vt q̄cūq̧ ardua ⁊ difficillima nō ſo
lū nō moleſte ſȝ iocūde ⁊ eq̄ aīo fe
rāt. Nihil.n.morte terribiliꝰ: hāc tn̄
amici dei cū opꝰ fuit paſſi ſt̄ ꝓ xp̄o
gaudētes. Et ne mltoꝝ exēpla refe
ramꝰ ꝓponit̄ de ꝓthomartyre: q̄ in
etate floridiſſiᵃ lapidatiōis marty
riū patientiſſime tolerauit. Cui cuȝ
ex debito cogamur honorē deuotuȝ
exhibē: vt poſſimꝰ ſuffragio ipiꝰ ſue
ſciſſiᵉ vite eē imitatores: de q̄ in pn̄ti
ſmone dicturi ſumꝰ ſub vno fructu
q̄ ē Stephanꝰ ieſuȝ vidēs lapidat̄
ſic̄ dr̄ in themate. video celos aptoſ
ꝛc̄. in qbꝰ ſciſſimis v̄bis tria p̄ncipa
lia p̄uilegia btī Stephani nōbimꝰ.

Primū dr̄ gratie. — Q in ſtepha
2ᵐ victorie. — no fuit gra-
3ᵐ glorie. — tia. c. i.

PRimū p̄uilegiū dr̄ gr̄e: de q̄ dr̄
actꝭ 7. Stephanꝰ aūt plenꝰ gr̄a
⁊ fortitudine faciebat ſig̃ ⁊ ꝓdigia
mag̃ in populo. nā cū tria ſīt pctā p̄ᵃ
ad q̄ cetā reducūt̄. vȝ. ſupbia. aua
ritia. luxuria. ꝑ qbꝰ dr̄ Jo. 2. p̄ᵃ ca.
ſua. Oē qō ē in mūdo aut ē ꝯcupia
carnis: aut ꝯcupiſcētia oculoꝝ aut
ſupbia vite. necc̄iuȝ ē vnicuiq̧ labo
rare vt ab his nō ſupet̄: qnimo vi-
cendo ꝯrias ſeq̄t̄ v̄tutes: qō eē nᵒ
pōt ſine diuina gr̄a. ſic̄ docet augꝰ in
li. de correptōne ⁊ gr̄a. ⁊ in li. de p̄de
ſtinatōe ſcōꝝ. ⁊ i enchiridion. deꝰ āt
benedictꝰ vnicuiq̧ laborare volen
ti ⁊ facē qō in ſe ē hāc gr̄aȝ libē lar
git̄: adeo vt nullus de ꝓpua neglīa
q̄ri poſſit. vn̄ cyp̄anꝰ in epl̄a ad do-
natū ait. ꝓfluēs largit̄ ſpūs: nullis fi
nibꝰ p̄mit̄: nullis metaꝝ ſpacijs fre
nat. māna ingit̄ exuberat affluent̄:
nr̄ȝ pectꝰ tn̄ ſatiat ⁊ paſcit q̄ꝫᵐ illō
fidei capax offerimꝰ: tn̄ inūdātꝭ gr̄e
haurimꝰ. hec ille. qō clare ꝑcipimꝰ i
btō ſtephāo xp̄i ꝓthomartyre dile-
ctiſſimi i q̄ gr̄a diuina ſupueniente vic̄
ꝓfata pctā ⁊ habuit in ſe tres ſolen
nes v̄tutes.

p̄ᵃ ē vtꝰ humilitatis. — Primā v̄tu
2ᵃ ē vtꝰ pauptatis. — tē quā ob
3ᵃ ē vtꝰ caſtitatis. — tinuit bea
tus ſtephanꝰ dr̄ hūilitatis. i honore
ſibi ab eccᵃ exhibito. vt.n. docet ſcri
ptura actꝭ. 6. c. Ipſe.n. fuit vltimus
imo p̄mꝰ ex ſeptē diacōibꝰ ab aplis
ordinatꝭ i miſterio: cū eēt maxima
mltitudo credētiū: q̄ in dies creſce
bat. iz. apli decreuerūt eligē ſeptē q̄
poſſent p̄eſſe miſtratōi tpali: vt ipſi
poſſent liberiꝰ vacare v̄bo diuino: ⁊
eligerūt ſtephanū plenū fide ⁊. ſ. ſ. ⁊
philippū ⁊ ꝓcoꝝ: ⁊ nicanorē. ⁊ thi
monē: ⁊ pmenā. ⁊ nicolaū aduenaȝ
anthiocenū: in q̄ honore nᵃclatōne
ſtephanꝰ itumuit: ſȝ in cūctis ſe hūi
lē exhibuit. 2ᵃ vtꝰ dr̄ pauptatꝭ. nā
de eo dr̄ actꝭ 6. q̄ fuit plenꝰ fide. vn̄
augꝰ. ait q̄ de deo v̄ā fidē hn̄t n̄ cupi
ūnt i his miſerijs diuites fieri. ⁊ ſic
pȝ q̄ꝫᵐ ad ſc̄daȝ vtutē. 3ᵃ dr̄ caſtita
tis. Nā de eo dr̄ q̄ fuit boni teſtimo
nij ⁊ mūdiſſiᵉ fame: ⁊ q̄ꝛ pleriq̧ ſua
volūtate i pctis ꝯmorātes excuſatō
nē ſuſcipiūt dicētes n̄ poſſe v̄tuoſe vi
uere: q̄ꝛ ipe dn̄s ſuā gr̄am denegat:
nos aūt itelligē debemꝰ q̄ ex fonte
illo iund ātiſſimo diuine bonitatꝭ vnꝰ
q̄ſq̧ guſtare pōt: ſi velit ⁊ q̄ꝛ q̄ ma
li ſt̄ nolunt qō in ſe eſt facē. iō gr̄am
diuinaȝ pticipare nō pn̄t. Inqt.n. Eu
chidiꝰ in libro de cāis. q̄ p̄ᵃ cā ineſt
oibus rebus ſ̄ diſpōem vnā nō tn̄
omnes accipiunt eam ſ̄m diſpōneȝ
vnam: quo fit vt aliqui recipiāt de
gratia q̄ꝫtum eis ſufficiat ad ſalutē
vt ſunt illi q̄ in caritate obſ̄uant di
uina mandata. alij v̄o animo feruē
tiores perfectionis opera aggrediē
tes ample ⁊ copioſe gratiam diui-
nam impetrant. Non.n. potuiſſent
perſeuerare in deſerto Antoniꝰ ma
gnus: Illarion: Paulus p̄mus he
remita: ⁊ alij: de quibus dicit̄ i vitꝭ
patrum. Nam martyres tam cruci
atus duros ⁊ penas: ſi gratia dei il
lis non ſuccurriſſet non potuiſſent i
etate ſua tam florentiſſima ſuppor
tare ⁊ calcare mundi ſuperbiam:
ſpernere mundi diuitias: perpendē
vanas delicias: ⁊ humiliter ac caſte
ſequi Chriſtuȝ in paupertate: ſi nō
fuiſſent adiuti gratia dei. Et ſi dici
tur q̄ gratia non poteſt eſſe maior i
vno q̄ꝫ in alio. poteſt ad hoc reſpon
deri ꝑ Augꝰ dicentem ad Darda
num. In quibus habitat deus non
equaliter habitat. Et idē ad Boni
faciū. Triplr̄ gr̄a meretur augeri. q̄
verba exponens Alex. in 3. dicit q̄
maius ⁊ minus in formis ſpūalibꝰ
nō dicit̄ ſicut in formis corpalibus
q̄ꝛ ſ̄ȝ Aug. de q̄ꝫtitate anime. in for
mis mālibꝰ dicit̄ maiꝰ ⁊ minꝰ ſ̄ q̄ꝫ
titatē diuiſiuā: in formis aūt ſpūali
bus ſ̄m quātitatē n virtualem. Re
cedites ad nr̄m ꝓpoſitū dicimꝰ q̄ n̄
ē incōuenīēs bōitati diuine qbuſdaȝ
copioſuȝ donū gratie concedē: cū ⁊
ſe deꝰ nulli deneget vt dc̄ȝ ē: qō ē ad
ſalutē necc̄ium. Si omnes iudei: he
retici: infideles: ⁊ mali xp̄iani i hoc
ſeculo exiſtes vellent gratiā dei faci
le poſſent eā obtinere. habuit eā ſte
phanus ⁊ extimauit ac magnifice
ꝓcium illius apportauit.

Q in Stephāo fuit victoria. c. 2

SEcūdū p̄uilegium in q̄ relucȝ
diuinū adiutoriū btī Stepha
ni dicit̄ victorie. Mos.n. maloꝝ ē
bonis ꝑſecutōeȝ inferre: q̄ꝛ ſ̄ phōꝝ
ſniam: ꝯtraria inſimul ſtare nō pn̄t
ſȝ mutuo ſe expellūt: ſ̄ q̄ Ar. io. me
taphyſice docet. ⁊ in pꝰ p̄dicamētis
ſiue fuerint ꝯtrarie p̄uatiue vl̄ poſi
tiue: ſic̄ calidū nō ſtat cū frigido nᵉ
albū cū nigro: nec tenebra cuȝ luce
vn̄ boni malis cōtrarij ſunt eos ce
dūt ⁊ moleſtāt ⁊ iportune. vnde. 23
q. 4. c. q̄ ſ̄ carnē. ait Hiero. qui ſ̄ car
nem natus eſt ꝑſequebat̄ ſpūalem
ſpūalem. ſ. imael iſaac. nunq̄ autem
ſpirtualis carnalē ꝑſequit̄: qō pȝ
ēt ꝑ btūȝ Hiero. in epitaphio ſancte
Paule. Semp v̄tutes ꝑſequit̄ iui
dia feriūt ſūmos fulgura mentis. ⁊
eni ſci omnes emulos habuerūt. in
paradiſo q̄ȝ ſerpens fuit cꝰ inuidia
mors intrauit ꝑ orbem terraꝝ. ⁊ vt
de oibus taceam: dn̄s nr̄ Ihs xp̄us
phariſeoꝝ iuidia. eſt crucifixꝰ ⁊ ne
mltoꝝ exēpla q̄ſi inūerabilia repli
cemꝰ: ecce in ꝓpoſito ē ſtephanꝰ leui
ta ꝯtra quē inſurrexerūt viri iniq̄
impij q̄rētes ſibi mortē iferre tri
plici bello interueniente.

Primū dicitur diſputatōis.
2m dicitur accuſationis.
3m dicitur ꝯminationis.
Primum ꝑlium fuit diſputatio
nis: q2 ſurrexerūt qdam de ſynago
ga: que appellabatur libtinoꝝ a regi
one ſic noiatorum ſm Nico. de lira
⁊ cirenenſiū a cirene ciuitate ⁊ ale
xandrinoꝝ ab alexādria metropo
li egypti: ⁊ coꝝ qui erāt a cilicia et
aſia: q̄ ſunt regiōes ꝓpinque iudee
In q̄ ꝑlio datꝰ eſt ſibi .ſ.ſ. q ſibi fa
cundiā miniſtrauit ſm xpi ꝓmiſſū
Luce .xi. Ego dabo vob os ⁊ ſapiē
tiam: cui nō poterūt reſiſtere omnes
aduerſarij: ideo aduerſarij Stepha
ni non poterant reſiſtere ſapientie ⁊
ſpiritui qui loquebatur.
2m ꝑlium accuſatōnis: q2 videntes
q p ꝑmum modū iudei eū nō ſup
aſſent: callide ſubmiſerūt duos fal
ſos teſtes: q eum in iudicio accuſa
rent: ⁊ venerūt ⁊ accuſauerūt eū di
centes Stephanū blaſphemaſſe deū
⁊ Moyſez ⁊ tēplū ⁊ legē: in q̄ affu
it ſibi diuinū auxiliū: q2 intuentes i
eū oēs q erāt in ꝯcilio faciē eiꝰ vide
rūt tanq̄ faciē āgeli: vbi ē ſubſecu
ta victoria: q2 de oibꝰ ſibi obis ipe ſe
clariſſime expurgauit: magnifican
do deū ⁊ Moyſez ⁊ legē ⁊ tēplum.
De deo dicē deū q locutꝰ eſt pr̄ibꝰ ⁊
ꝓphetis deuz fuiſſe glorioſum. De
Moyſe q amicꝰ dei fuerat. De lege
q fuerat a deo data. De templo q
fuerat ex precepto dei ꝯſtructum.
3m ꝑlium dicitur ꝯminationis. Nam
cū Stephanꝰ fuiſſet multa rōabilr
locutꝰ emuli ſui non volebant mdē
audientes ipm: ⁊ que dicebantur di

ſecabāt cordibꝰ ſuis ⁊ ſtridebant
dentibꝰ in eū. ecce ſtatiz brachiū dn̄i
auxiliū ſuggerens Stephano: q in
tali ſpectaclo ꝓſpiciebat ſibi iminē
piculū mortis. Nā intendēs in celū
vidit gloriā dei ⁊ ait. Ecce video ce
los apertos ⁊ Jeſum ſtātē a dextris
ꝟtutis dei. De iſta apparitiōe ſcōꝝ
dicūt doctores q Stephanus vidit
oculo corpali aut oclo mētali ſi cor
porali tria mirabilia ſunt ꝯſecuta. pm
ē q vidit celos aptos. qd ſ Nic. de
lira eſt intelligēdū nō q celi fuerūt
apti ⁊ diuiſi: cū ſint incorruptibiles
ſz q2 ſic clare vidit: ac ſi nullū fuiſſz
obſtaculū inter medium. 2m mirabile
ē: q2 vidit Jeſum in gloria patris:
cum ſm naturam impoſſibile ſit: vt
corpus glorificatum ab oculo cor
porali in ſua gloria poſſit videri. 3m
mirabile ē: cum corpus xpi ſit in celo
empyreo: videndo ipm vidit vltra
celū aereū ſidereū ⁊ criſtallinū qd ē
īpoſſibile ſm nām: vt oculus corpalr
in tanta diſtantia poſſit videre. ſi āt
vidit oculo mentali: tūc factū ēſt vt
mens eiꝰ eſſet adeo illuminata ad
notitiā glorie dei ⁊ d. n. J. x. filij ſui:
q nihil aliud poſſet vel velle vel ꝯ
ſiderare: nec mortē: quā omnes fu
giunt velut ſibi nociuam timet: qd
oſtdit: iudei cū audiſſent eum talia
dicentē ꝯtinuerunt aures ſuas ſm
glo. ne audirēt blaſphemiam: ſic ex
malicia ſua extimātes lz non eſſet
eduxerūt eū extra ciuitatē ⁊ lapida
bant euz: ⁊ depoſuerunt veſtimenta
ſua: vt celerius interficerēt eum: ad
pedes adoleſcētis: q vocabatur Sau
lus: q poſtea Paulus fuit. Ipſe vo

lapidatus vulneratus: cruore pfu
ſus nō dicebat. heu me dolentē. nō
heu me iuuenē. nō dicebat heu me
quia morior ſine cauſa. nō dicebat
heu me q2 relinquo mūdū. heu me
q2 relinquo amicos morte pcuſſus
ſz q2 dicebat. Dn̄e ieſu accipe ſpi
ritū meū: ⁊ ne ſtatuas illis h pcm̄
quo dicto obdormiuit in dn̄o. vt gl.
ait pulchre dictū eſt obdormiuit in
dn̄o. ⁊ non mortuꝰ eſt: q2 obtulit ſa
crificiū dilectiōis: ⁊ obdormiuit in
ſpe reſurrectōis.
Q in ſtephano fuit gloria. c. 3.
Tertiū ꝑuilegiū bti ſtephani: in
quo relucet diuinū adiutoriū
dr̄ glorie. Nā vt ait ꝓpha Dauid i
ps. iij. precioſa in ꝯſpectu dn̄i mors
ſcōꝝ eiꝰ: qd in ſtephano v̄ificatū ē
q triplicē gloriā adeptꝰ eſt.
Prima dr̄ honoratiōis ſpūalis.
2a dr̄ miraculoꝝ opatōnis.
3a dr̄ plene beatitudinis.
Primā gloriā quam ꝯſecutus ē
beatꝰ ſtephanꝰ dicimus honorifica
tōis. Eſt. n. in eccleſia dei inter mar
tyres ꝑmꝰ: ⁊ eius feſtuz poſt natiui
tatē dn̄i celebratur. ⁊ nō q de btō ſte
phano fit duplex officiū vel feſtū .ſ.
inuentōis ⁊ paſſionis. Inuentio eiꝰ
anno dn̄i quadrigēteſimo ſeptimo
⁊ āno ſexto honorij ꝑncipis narra
tur fuiſſe. Cuidaz. n. pſbro Luciano
in territorio hieroſolimitano feria
6a in ſtrato ſuo quieſcēti: cum pene
vigilaret qdam ſenex ſtatura ꝓcerꝰ
vltu decorꝰ: ꝓlixa barba: pallio can
dido amictꝰ: cui gemule aride ⁊ cru
ces inerant ꝯtexte: calciatꝰ caligis i
ſupficie deauratis apparuit: q vīgā

auream manu tenens tetigit eū di
cens patefacite diligenter tumulos
nr̄os: q2 indecenter recōditi ſumꝰ loco
vade ⁊ reſera hoc epiſcopo hieroſo
limitano Johāni cui Lucianus di
xit. Dn̄e qs es. ⁊ ille. Ego ſum Ga
malielſ q Paulū aplz enutriui eūq
docui legez. qui aūt mecum iacent:
eſt ſanctꝰ ſtephanus: quē lapidatuz
in meo tumulo nouo collocaui. aliꝰ
Nicodemus nepos meus. ⁊ etiaz ē
Albion filiꝰ meꝰ: quo dicto ſanctuſ
Gamalieſ diſparuit quā apparitō
nē Luciāo epo Johi ſi ānūtiāte ite
rū appuit ei dixitq Gamaliel. q
re neglexiſti q̄ tibi dixeri ⁊ dixit. pr̄
nō neglexi: ſz oraui ſi h a deo eſſet
mihi ſecundo appareret. feria ſexta
ſequentis ebdomade. poſt h autem
Lucianus abijt ad epm: narrauitq
ei cuncta per ordinem. Pergūt igr
cū alijs epis ad locuz Luciano oſtē
ſuz: inuenteq ſunt ſcōrum reliquie
⁊ in eccl'ia ſyon ſunt reuerenter collo
cate. De hac inuentiōe loquitur Be
da in cronica ſua. Corpꝰ vo ſci Ste
phani eſt delatū ꝯſtātinopoliz quod
tandem tpe Theodoſij imperatori.
Rome eſt delatuz: ⁊ in ſepulchro in
quo iacet ſanctꝰ Laurentius fuit ēt
ꝯditum. Inuentio autem fuit eadē
die qua paſſio eius celebratur. Fe
ſtiuitas autem mutata eſt poſt nati
uitatem dn̄i: q2 ſolēnius agebatur: q̄
de inuentōe: id feſtū de paſſiōe pꝰ na
tiuitatez dn̄i ab eccl'a celebratur: ⁊ ꝓp
ter reuerentiā natiuitatis dn̄i ⁊ q a
paſſio eiꝰ maior ⁊ dignior ē q̄ eius
inuentio. 2a gloria quaz aſſecutus
ē beatus Stephanus dicitur miracu

loꝝ opationis, dicit. n. Aug. xx. de ci. dei. c. 8. beatū ſtephanū inumerſ. miracul' coruſcaſſe: ⁊ mortuos ſex ſuis meritis ſuſcitaſſe: m'ltoſq; a varijs languorib' liberaſſe: de quibus diffuſi' loqtur ibi Augu. 3ᵃ gloria quā beat' ſtephanus aſſecutus ē dicit' pſe btitudinis. hanc hȝ i regno celoꝝ deū clare videndo tenendo atq; fruendo ibi fact' eſt in pace loc' ei'. Ibi poſſeſſionē hȝ opulētaȝ ⁊ plenam quibuſlȝ bonis: ibi poſſidet aureolaȝ: que dat' martyribus: doctorib' ⁊ virginib'. Sic itaq; audiuim' ſtephanum laborantem: ītellerimus cū xp̄m adiuuantē: ſibi viuentem cumq; nunc glorioſum colimus ī regno celoꝝ: in q̄ xp̄s ipe bn̄dict' viuit ⁊ regnat cū oib' ſcis ſuis p infinita ſe. ſe. amen.

In die ſancti Johannis euangeliſte. Sermo de eodem.

Fruct'. 24. Jeſus Johēȝ diligit. Dilectus me' mihi ⁊ ego illi. Cāticoꝝ. 2. c. In collegio ſcōꝝ celi magnā gloriam poſſidet Johēs euangeliſta: cui' laudes vix lingua exprimere ſufficit: qm̄ ex oī parte virtutū ſuaꝝ preconia ſupabūdant: veritaꝫ qꝛ hodierna die eccleſia ipi' feſtū celebrat: nos deuotōne qua poterim'. de ipo v̄ba facturi ſum'. Diceuuſq; q̄ dilect' atq; car' fuit dn̄o nr̄o Jeſu xp̄o ſub vno fructu: qui ē Jeſus iohēm diligit. quod in ꝓpoſitis v̄bis exp̄mit': cū de ipo xp̄s dicit Dilect' me' ⁊c. in quibus verbi tria myſteria h' ardentiſſime dilectiōis erunt nobis ꝯtēplanda.

Primum rōnis.
2ᵐ oñſionis. 3ᵐ ꝯcluſionis.

De rōibus ꝓbat' iohānēȝ a xp̄o ſingularit' fuiſſe dilectū. Ca. i.

Primuȝ myſteriū rōis dr̄. in q̄ ꝯtēplari libȝ: cur xp̄s filius dei iohānē euāgeliſtā dilexerit ita. vn̄ dicitur vt de ipo ſinglr' dr̄: q fuerat dilectus diſcipul' Jeſu. nā Jo. 13. habet' Erat recūbēs vn' ex diſcipul' ei' in ſinu Jeſu: queȝ diligebat. ⁊ Jo. 20. Uenit ad Simonē petꝝ: ⁊ ad illuȝ diſcipulū: quē diligebat ihs. ⁊. 21. c. Conuerſus petr' vidit illū diſcipulū quē diligebat ieſus ſequētē. Augu. ſup h̄ v̄bo ait. Seipȝ dic̄ diſcipuluȝ quē diligebat ihs: qꝛ ipȝ p ceteris familiari' diligebat. de h̄ ēt cantat ecc̄a ⁊ ſumit' ex dictis venerabil' Bede hic ē iohānes q̄ pͥuilegio amoris pͥcipuo pre ceterſ altı' a dn̄o meruit honorari. ⁊ dicim' triplici rōne: q̄re xp̄s ita diligebat iohānēȝ.
p̄ rōne fraternitatis.
2ᵒ rōne etatis.
3ᵒ rōne v̄ginitatis.

P̄ diligebat rōne fraternitatis: qꝛ erat ſibi frater ex eadeȝ ſtirpe nat' nā vt colligi' ex dictis ſcōꝝ patꝝ q anna tres filias habuit. ſ. Mariā mr̄eȝ dn̄i: ⁊ Mariā Jacobi: ⁊ Maria Salome. De Maria iacobi geniti ſunt iacob' minor: Symon cananeus: iudas Thadeus: q fuerūt apoſtoli: ioſeph: q cognominat' eſt iuſtus. De Maria Salome natus eſt iacobus maior ⁊ iohānes euangeliſta. vn̄ h̄ Franciſcū de mayrōis colligi' hec veritas q iohānes euāgeliſta habuit triplicē germanitatē ad xp̄m, p eo q mater dn̄i hēbat tā tam germanitatem ſola ad filiū ſuū q̄taȝ habent pater ⁊ mater in alijſ eo q corꝑalem ſubāȝ totā filio ſuo dedit: in qua germanitas radicatur eo q de ſubā v̄ginis xp̄s fuit totalr' format'. ⁊ ideo tantū fuit ei germanus beatus iohannes ex parte ſolius matris: q̄tum ſi xp̄us fuiſſet ex vtroq; parente. Et ſi dicatur non ē verꝝ q xp̄s magis dilexerit iohēm q̄ alios apoſtolos: qꝛ Jo. vlti. xp̄us dicit petro. Simon iohānes diligis me. ⁊ ipſe. tu ſcis dn̄e qꝛ amo te. ſeȝ. ſcis. ⁊ xp̄s magis diligit eos qui eū diligūt magis. g̃ magis dilexit Petrū q̄ iohanneȝ: quod ex textu apparet: qꝛ Petro ꝯmiſit eccleſiā gubnandaȝ. Ad h̄ dicē poſſumus ſ̄m Auguſti. ſupra Johānēȝ q eſt dilectio in ſigno exteriori: ⁊ eſt dilectio i effectu interiori. Si loquamur de dilectione p̄' magi diligebat ieſus Johānēȝ: qꝛ maioreȝ ei exhibebat familiaritatē. Si aūt quātum ad effectuȝ interiorē: qui eſt effect' gratie: ſic diligebat petrū: qꝛ maius mun' gratie ei exhibebat. ⁊ hec eſt rō q̄re p iohānēȝ ⁊ petꝝ duplx' vita ſignificat'. per petꝝ vita actiua que trāſit. per iohanēȝ vita ꝯtemplatiua q̄ pmanet. Unde petro dictum eſt ſequere me. De iohanne v̄o dr̄. Sic eū volo manere. Et quia actiua ē laborioſior ⁊ fructuoſior. ꝯtemplatia v̄o purior ⁊ iocundior: ad ſignificādū hui' vite duplicēȝ differentiam familiarius ſe domin' exhibebat iohāni q̄ petro. ⁊ hoc dicit Augu. q petrus erat melior: ſȝ iohānes erat felicior. B. autem aliter reſpondet dicens q petrus dilexit feruentius ⁊ iō diligebat' fortius. Johānes v̄o dilexit dulcius: ⁊ iō diligebatur familiarius. Alij aūt dixerūt q petr' magis dilexit deum in ꝓrio q̄ Johannes. iohānes v̄o magis dilexit deū in ſe q̄ petrus. vnde petrus recepit curam regiminis. ⁊ ex h̄ hūit maioreȝ gloriā ad laborem actiōis iohānes autem habuit efficatioreȝ gratiam ad quietem ꝯtemplatiōis Fuit g̃ dilectus a xp̄o: cum de iohāne modis p̄dictis dicatur: q a xp̄o ſingulariter diligebatur. Sed aliqs dicere poſſet videtur mihi q petr' apoſtolus fuerit amplius amicus: ⁊ q magis xp̄us ipſum dilexit. ⁊ hoc pbo tali ratione. Quando aliquis homo hȝ facere aliquod magnum iter: ſi eſt hn̄ ſapiens: ipſe ꝯmittit reȝ ſibi magis caram maiori ⁊ meliori amico: quē habeat in mundo: ſȝ ille q eſt fons ſapientie v̄buȝ dei i excelſis. ſ. dn̄s ieſus qñ iuit in celum ipſe ꝯmiſit reȝ ſibi magis caraȝ: quā in mundo hēret. ſ. ſanctam mr̄eȝ eccleſiā: p q̄ de celis deſcēdit: ⁊ mori voluit petro: qñ dixit ei. Tu es Petr' ⁊ ſuper hanc petram edificabo eccleſiaȝ meaȝ. Mat. 16. ⁊ q̄cunq; ligaueris ſuper terram erit ligatuȝ ⁊ in celis: ⁊ tibi dabo claues regni celoꝝ. g̃ videt' q beatus petr' fuerit melior amic' quē xp̄s habuerit. ad iſtā rōneȝ ego rn̄deo ⁊ dico q dn̄s nr̄ ieſus xp̄s ꝯmendauit eccliā ſuā meliori mō beato iohanni q̄ petro ⁊ rō eſt iſta. vos ſcitis q nihil aliud eſt ecclia q̄ ꝯgregatio fideliū oium

xp̄iãoꝝ : ſʒ tp̄e paſſionis xp̄i tota fi
des xp̄iana defecit in omnibus ⁊ re
manſit ſolū in virgine glorioſa: vn̄
ip̄a ſola fuit tunc ſancta mr̄ eccleſia
⁊ iſta ꝯmendata fuit btō Johãni.q̄
maior ⁊c̄. Item vr̄ fuiſſe maior alia
rõne. In euãgelio fit ꝯparatō inter
ſtatū v̄ginitatis ⁊ mr̄imonij : et dic̄
euãgeliſta:ꝙ ē tanta dr̄ia:q̄ntuʒ int̄
centum ⁊ triginta. beatus petr⁹ ha
buit vxorē ⁊ filiam.beatus Johes
fuit v̄go puriſſim⁹:⁊ ideo tanta dif/
ferentia videt̄ eſſe inter eos: q̄nta ē
inter centū ⁊ triginta.Sed dicēt ali
qs:eſt ne maior Johanne baptiſta.
Johes baptiſta fuit v̄go puriſſim⁹
fuit german⁹ xp̄i:fuit ſanctificatus
fuit ꝓpha ⁊ pluſq̄ ꝓpha:fuit martyr
ip̄e eſt de quo ſaluator ait . Int̄ na
tos mulierū non ſurrexit maior Jo
hãne baptiſta.quid dicetis ad iſtaſ
magnas ꝑrogatiuas. Rn̄deo ⁊ dico
ꝙ Johãnes euãgeliſta hũit excellē
tiſſi͛ oēs iſtas ꝑrogatiuas . Si vis
dicē ꝙ Johes baptiſta fuit v̄go di/
co ꝙ Johes euãgeliſta ēt fuit v̄go
⁊ mēte ⁊ corpe:iō dn̄s vocauit cuʒ
de nuptijs:⁊ ꝓpter excellētēʒ v̄gini
tatē xp̄s i cruce poſit⁹ ipſi mr̄em cō
mēdauit:⁊ in ſignū b⁹ marie v̄gini
tatis dn̄s nō ꝑmiſit cor⁹ ei⁹ in feruē
tis olei dolio deſtrui:nec corrūpi nec
poſt mortē ei⁹ v̄mib⁹ ⁊ terra putre/
fieri. Si vis dicere baptiſta fuit ger
man⁹ xp̄i:dico ꝙ Johes euãge͛ ex
ceſſit eū in vno gradu:q: Johãnes
euãgeliſta fuit fili⁹ ſororis btē v̄gīs
Marie: ſʒ beat⁹ Johãnes baptiſta
fuit fili⁹ Heliſabet cognate eius. Si
vis dicē ꝙ iohãnes baptiſta fuerit

ſcificatus in vtero:dico ꝙ licʒ ioha
nes euãgeliſta nō fuerit ſcificatus i
vtero : tn̄ ibi iohãnes baptiſta rece
pit ſemel.ſ.ſ.ſʒ btūs iohannes euan
geliſta recepit ter cū alijs apoſtolis.
Si vis dicē ꝙ iohes baptiſta fuerit
ꝓpha ⁊ pluſq̄ ꝓpha: dico ꝙ iohes
euãgeliſta fuit ꝓpha: ſicut apꝑet in
apocalipſi:q̄n ꝓphetauit multa:que
ventura erãt ſeptem eccleſijs:q̄ ſt̄ in
aſia:⁊ mlta alia que ſunt ventura .
Fuit ēt pluſq̄ ꝓpha:q: habuit nobi
li⁹ officiuʒ q̄ȝ ſi eſſet ꝓpheta. Si vis
dicere ꝙ iohes baptiſta fuit martyr
dico ēt ꝙ Johãnes euangeliſta fuit
martyr.ita dicit beat⁹ Aug in quo
dã ſmone btī iohãnis euãgeliſte.q
incipit. Poſtulat aūt mat̄ filioꝝ ze
bedei cū errore muliebri. Intelligēſ
xp̄us p̄ces ei⁹ ex filioꝝ deſcēdē volū
tate ait. Poteſtis bibere calicē quē
ego bibitur⁹ ſum. ꝑ calicē in ſcriptu
ris diuinis paſſionē intelligim⁹ : vt
illud. Pat̄ ſi poſſibile ē trãſeat a me
calix iſte.⁊ in p̄s. Quid retribuam
dn̄o ꝓ oībus que retribuit mihi ca
licē ſalutarꝭ accipiã. ſtatimq̄ȝ infert
quis ē iſte calix.precioſa in ꝯſpectu
dn̄i mors ſcōꝝ ei⁹. Poſſum⁹:reſpō
derūt illi. Quib⁹ xp̄s. Calicē qdē
meū bibetis:ſedē aūt ad dexterã ⁊c̄
Augꝭ. querit̄ qō. Calicē martyrij fi
lij zebedei.vʒ. Jacob⁹ ⁊ iohes bibe
rūt:cū ſcriptura tn̄ narret aplm Ja
cobū ab herode capite truncatū io
hãneʒ aūt ꝓpria morte finiſſe. Sʒ ſi
legim⁹ hiſtorias eccleſiaſticas: in q
bus refert̄ ꝙ ip̄e ꝓpter martyrium
fuit miſſus in feruētis olei dolio:⁊ i
ſuſcipiendam coronam xp̄i athleta

p̄ceſſerit ſtatimq̄ȝ euʒ delegatum in
pathmos inſulã ſit:⁊ venenū bibit:
videbim⁹ martyrij aīum nō defuiſſe
⁊ bibiſſe iohãnem calicē ꝯfeſſionis
lʒ pſecutor non effuderit ſanguineʒ
hec augꝭ Demum ille gladius paſ
ſionis xp̄i : qui pertranſiuit animã
Marie: pertrãſiuit animaʒ Johan
nis euangeliſte: vt dicunt aliqui ſci
Sed qd dices ad v̄bum xp̄i quan/
do ip̄e dixit.inter natos mulieꝝ ⁊c̄.
Rō ⁊ dico ſm ꝙ dicit quedam glo
ſa:ꝙ in hoc non p̄fertur patriarchiſ
⁊ ꝓphetis: ⁊ cunctis omnibus: ſed
equalis ceteris ſanctis oſtenditur :
vel aliter dicendum eſt:ꝙ chriſtus
fecit comparationem ad ſanctos q
preceſſerunt:⁊ ideo dixit:non ſurre
xit:ideſt nullus maior preceſſit: ſed
non negauit quin equalis: vel etiã
dicit̄ ꝙ non fecit comparationē ad
ſanctos qui ſequi debebant:⁊ iō nō
dixit.nō ſurget maior:quia Johan
nes euangeliſta debebat ſurgere eq̄
lis . Quis iſtoꝝ duoꝝ ſit maior vel
minor: non debemus curare ſicē pʒ
per quoddã miraculū:quod in vita
beati iohãniſ baptiſte legr̄:vbi erãt
duo doctores theologi:quoꝝ vnus
iohãnem baptiſtã:alter euangeliſtã
p̄ferebat:tam̄ ſuper hoc diſputatōe
facta:quilibet valde ſollicitus erat
auctoritates:⁊ efficaces rōnes inue
nire: quibus ſuum iohãnem poſſet
p̄ferre. Adueniente autem diſputa
tionis die:quilibʒ ſanctoruʒ emula
tori ſuo apparuit:eiq̄ȝ dixit. Bene
ꝯcordes ſumus in celis de nobꝭ non
diſputemus in terris. Tunc illi ſibi
ad inuicem hoc in populo publica/

uerunt:⁊ deum benedixerunt. Di/
camus ergo iohannem euangeli/
ſtam ſingulariter inter alios fuiſſe
dilectum.

2° diligebat chriſtus iohannem
ratione etatis: quia in etate tenera
mundo ſp̄reto ſecutus eſt chriſtum.
Erat quippe adoleſcens:⁊ a chriſto
fuit vocatus ad ſui imitanda veſti/
gia. De cuius vocatōne dicit Nico
de lira in ꝓlogo in iohanneʒ:ꝙ tri/
plr̄ iohannes fuit vocatus. Primo
ad Chriſti aliqualem noticiaʒ. Nã
vt habet̄ a iohanne p̄ capitulo:q̄ȝ/
do Andree petenti: Rabi vbi habi
tas.rn̄dit ieſus. Ueni ⁊ vide . Erat
cum ip̄o iohannes euangeliſta:qui
ſequentes chriſtum venerunt ⁊ vi/
derunt vbi maneret ſicut hoſpes: ⁊
manſerūt apud illum illo die .

2° fuit vocatus ad chriſti familia
ritatem.⁊ de hac vocatione dic̄ Hie
ronymus in ꝓlogo ſuper iohanneʒ
hic eſt iohannes euangeliſta vnus
ex diſcipulis domini: qui v̄go a deo
eſt electus:quem de nuptijs uolen/
tem nubere vocauit dominus .

3° fuit vocatus ad apoſtolatū q̄ȝ
do relictis retibus ⁊ patre ⁊ fratre
ſuo ſecutus eſt chriſtum. Math.4.
Ambulans Jeſus iuxta mare ⁊c̄.

3° diligebat Chriſtus iohannem
rōne ſue virginitatis. Placent eniʒ
domino noſtro ieſu Chriſto qui in
matrimonio regulate viuunt: ſʒ ml̄
to magꝭ placent ei qui continentiã
ſeruant : ſuper omnes tamen grati
ſunt illi qui mente ⁊ corpore virgi/
nitatem amplectuntur.quod videt̄
noſtram propriam naturaʒ excellē

⁊ ſuperare: quia inquit hieronym⁹
ad ſacras virgines de ꝯtinentia vir
ginali. Grande ē ⁊ immortale: ⁊
pene vltra noſtram corpoream na/
turam ſuperare luxuriam: ⁊ concu
piſcentie flammã adoleſcentie fau
cibus eſtuantẽ omni virtute reſtri
gere: noſtri gemit⁹ oblectationes ex
cluderunt: viuereq; contra humani
generis legem: deſpicere coniugij ſo
latia: dulcedinem contemnere libe
rorum: ⁊ quecunq; preſentis vite
cõmoda ſunt ꝓ nihilo: ſpe future be
atitudinis cõtempſiſſe. hec ille. Cũ
itaq; Johannes adoleſcens chriſtũ
fuerit ſecutus ⁊ virgo afficiebatur
ei chriſtus qui puritatem diligit: q̃
exemplo inducimur: vt ⁊ nos q̃s ci
tius poſſumus: chriſtũ velimus ſe
qui Quid dormimus. Quid ſumus
inertes: cum audimus iohannẽ a
chriſto dilectum. Curamus vt dili/
gamur ab illo: q² niſi dilexerit nos:
nihil nobis ꝓderit quodcunq; tem
porale bonũ. In dilectione quoq;
ſua cõſummatur omnis felicitas.
Ille etenim ſapiens eſt: ille magn⁹:
ille deniq; glorioſus: qui ita viuit: vt
a chriſti amore non excludatᷣ.

Q² xp̄s oſtẽdit dilectionem: quã
hẽbat erga Johannem. c. 2.

SEcũdum myſterium contem/
plandum dicitur oſtenſionis.
Uoluit nanq; dominus noſter Jh̄s
xp̄s oſtendere dilectõem erga iohã
nẽ in hac vita maxie quantũ ad
tria. v3.

p̄ q̃tum ad ꝓfeſſionem.
2ᵒ q̃tum ad cõuerſatõem.
3ᵒ q̃tum ad ꝯmendatiõem.
Primo oſtendit xp̄us ieſus erga
Johannem q̃tum ad ꝓfeſſionem:
quia ſublimauit euꝫ ad gradus mlᵗ
tiplices eccleſiaſtice dignitatis. Nã
vt inquit apoſtolus ad ephesios. 4
c. Dedit xp̄s quoſdã q̄dem aplos:
q̄ſdã ãt ꝓphas: alios ãt euãgeliſtas
alios autem paſtores ⁊ doctores.
Sꝫ Johannes fuit apoſtolus: vt pꝫ
Math. decimo capitulo. Fuit ꝓphe
ta ſicut notatur apocalipſis p̄mo ca
pitulo ſicut ipſe ait. Beatus qui au
dit ⁊ legit v̄ba ꝓphetie huius: ⁊ ſer
uat ea que in ea ſcripta ſunt. Fuit
euangeliſta ſicut apparꝫ in euange
lij deſcriptõne. Fuit etiam doctor p̄/
dicando ⁊ diſcurrendo per aſiam:
⁊ demum ſcribendo epiſtolas ſuas
canonicas.
2ᵒ oſtendit xp̄us dilectionem er
ga Johannem in conuerſatõne. hic
nãq; fuit qui cum Petro ⁊ Jacobo
Chriſtũ vidit transfiguratũ. Mat.
17. 2ᵒ fuit hic in puelle reſuſcitatiõe
Ita legitur Marci. 5. c. q̄ princeps
acceſſit ad eum ⁊ adorabat eum di
cẽs. Domine filia mea modo defũ/
cta ē: ſꝫ veni ⁊ impone manũ ſuper
eam ⁊ viuet. Reſpondit ei Jeſus di
cens. Noli timere: ⁊ cũ veniſſꝫ ad
domum principis: ſumpſit Petrũ
Jacobum ⁊ Johannem: ⁊ patrem
⁊ matrem puelle: ⁊ ait illi. Surge. ⁊
confeſtim ſurrexit: ⁊ ambulauit.
3ᵒ hic fuit etiã in ſua acerbiſſiᵃ paſ
ſione. Math. 26. aſſumpto Petro
⁊ duob⁹ filijs zebedei cepit contri/

ſtari ⁊ meſtus eſſe dicens. Triſtis
eſt anima mea vſq; ad mortẽ. Hic
etiã fuit qui tempore cene recubu
it in ſinu Jeſu. ibiq; obdormiuit: in
qua dormitione reuelata ſunt ei ſe/
creta celeſtia: de quibus poſtea ipſe
dicebat p̄ma ſua canonica p̄mo ca
pitulo qd̄ fuit ab iitõ: quod audiui
mus ⁊ quod vidimus: ⁊ man⁹ nr̄e
ꝯtractauerunt de verbo vite. vbi ꝑ
quoſdã habemus dicere q̄ Johã
nes vidit deum ꝑ eſſentiam in hac
mortali uita. quod confirmatur: q²
ei fuit reuelatum myſterium reuela
tionis eterne: quam nullus cogno/
ſcere poteſt ⁊c. 2ᵒ quia fuit ei re
uelatum myſterium incarnationis
quod notatur ad verbi proprieta/
tem: ⁊ ita a diuinitate ſub ꝓpria ra/
tione: quod expreſſit Johannes in
canonica dicens. Nos vidimus ⁊
teſtificamur: quando pater miſit fi
lium ſuum ſaluatorem mundi ⁊ Jo
hannis primo. Uidimus gloriam
eius. ſꝫ actus beatificus non poteſt
cognoſci: niſi cognoſcatur illud in q̃
eſt. ſicut Stephanus non potuit vi/
dere chriſtum eſſe ad dexteram dei:
niſi videret deum.
3ᵒ oſtendit chriſtus erga Johan
nem quantum ad ꝯmendationem:
quando moriens in cruce: ⁊ audiẽſ
ſuam matrem flentem ⁊ lachrymã
tem ꝯmendauit eã ſuo dilecto Jo
hanni dicens. Ecce matᷣ tua. O q̃s
dignum fuit hoc p̄uilegium Johan
ni conceſſum. Nam ſi bene ꝯſidere
mus: videbat chriſtus virginẽ ma
trẽ ſuã pauperculã deſolatã: ⁊ me/
rore ꝯfectam. Nam clamabat que

rula voce ad filium dicens. O fili
mi dulciſſime. o fili mi amantiſſime
o fili mi dilectiſſime: video te in cru
ce deficientẽ: ⁊ ego orbata tanto fi
lio. quo ibo: ad quem confugiam:
quis mihi auxilium dabit: ⁊ ꝯſiliũ
in tam inextimabili pena. O fili mi
domum non habeo: pecunias non
poſſideo: diuitias no teneo. Tu mi
hi theſaurus eras: ⁊ ecce in cruce
morieris. Amici tui omnes dereliq̃
runt te. Quis mihi mitigabit dolorẽ
meum. Cui me dimittis. O filij ſapi
entiſſime reſponde mihi. Ego matᷣ
tua. Ego te in vtero meo portaui.
Ego te paui lacte meo. Ego te tẽui
brachijs meis: ⁊ nunc factus es mi
hi alienus. Latroni locutus es ⁊ mi
hi quid dicis. Loquere fili. Loque/
re afflicte matri tue Marie. Audi
o Johãnes: quid de te loquitur xp̄ſ
Mulier inquit ecce filius tu⁹. ⁊ tu
Johannes vide matrem tuam: tibi
eam cõmendo. Tu illam adiuua ⁊
ei aſſiſte in tribulatiõibus ſuis. Nõ
habebat Chriſtus in mundo quem
quã chariorem ſua matre: ⁊ eã vt
diximus Johanni benigniſſime cõ
mendauit.

Q² Johannis amor a xp̄o feliciᷣ
eſt concluſus. Ca. 3.

TErtium myſterium principale
dicitur concluſionis. Amor q̄
dem ad Johannem euangeliſtam
feliciter eſt concluſus: quem chri/
ſtus voluit triplici priuilegio deco/
rare in hac mortali vita: dum vi/
ueret.

Primũ dr̃ miraculorum coruſcatõis
2m dicit admirande ↄſũmatiõis.
3m dicit ſupne glorificationis.
Primũ p̃uilegium dr̃ miraculo
rũ coruſcatõis. Ipſe enim mlta mi
racula operatus eſt a Domitiano
nanq; crudeliſſime ad vrbẽ vocat⁹
in qua in feruẽtiſ olei dolio miſſus:
inde illeſus exiuit: a quo fuit in exi
liuʒ relegatus. Hic Domitian⁹ vt
de ipſo adicimus ſ̃m Suetonium Eu
tropiũ Oroſiuʒ ⁊ Judã libro de tẽ
poribus: fuit Ueſpeſiãi fili⁹ ⁊ frater
iunior Titi q mortuo Tito in ipiũ
ſublimat⁹ eſt: ⁊ in p̃ncipio oñdit ſe
moderatum valde diſſimulans dili
gere ſtudia poetarum: ⁊ reficiẽs bibli
otecas ⁊ ita videbat̃ horrere cedeſ
vt ne boues imolari mãdauerit: ſʒ
in fine ſeuerus apparuit. Nam ſe
natores nobiliſſimos ⁊ multos ↄſu
lares ſuos occidit. ⁊ ſ̃m Euſebium
libro 3° eccleſiaſtice hiſtorie perſecu
tus eſt xp̃ianos ⁊ iudeos. ⁊ ſ̃ʒ Oro
ſium ſe deum ⁊ dominum permiſit
appellari: ⁊ in cunctis ſuarũ p̃mor
diis litteraruʒ dicebatur deus ⁊ do
minus noſter Domitianus: qui ꝓ
pter odium tandem a cubiculariis
ſuis occiſus ẽ vulneribus anno eta
tis ſue quadrageſimo q̃nto. q̃ mor
tuo ſanctus iohãnes epheſuʒ reme
auit: ubi Druſianam ſuã deuotã ſu
ſcitauit vbi Cratonem philoſophũ
⁊ duos iuuenes qui mundum con
tempſerunt: ad fidem xp̃i reduxit ꝓ
pter gemmarum fractarum integri
tatem: vbi iuueneʒ qui mortuus ef
ferebatur ad vitam redire impetra
uit: ⁊ non ſolum in epheſo. verũ etiã
per terram aſiam multa miracula ẽ
operatus virtute diuina. ſicut diffu
ſius pʒ in ſua legenda.

2m priuilegium dicitur admiran
de conſummationis. Mirabiliter
enim curſuʒ ſuũ cõſummauit. Naʒ
cum eſſet .88. annorum apparuit ei
dominus dicens. Ueni dilecte mi.
quod die dñico predicauit vſq; ad
magnam partem diei. demumq; in
foueaʒ deſcendit: ſuper quam tanta
lux emicuit: q nullus ibi reſpicẽ po
terat. recedente vero lumine: fouea
impleta manna inuenta eſt. vbi dif
ficultas orit̃ apud plurimos: ſi Jo
hannes fuerit mortuus. Et dixerũt
aliqui q non eſt mortuus: ſed dor
miuit in ſepulchro: ⁊ hoc accipiẽtes
ſignum: q in ſepulchro ſuo videtur
quedam ſcaturicies mãne p modũ
ebulitionis ſurgere: ⁊ dicunt q hoc
cauſatur ex vita ei⁹. ſʒ Aug. h̃ im
probat: q2 hoc non eſſet iohãnis pri
uilegium: ſed magis detrimentuʒ: ſi
tãdiu a diuina fruitõne retardaret̃
aliis apoſtolis in gloria exiſtentibuſ
Alii vero dixerunt q iohannes nõ
eſt mortuus: ſʒ cum Enoch ⁊ Hella
tranſlatus eſt i paradiſuʒ. Hoc aũt
videt̃ eſſe falſum: quia ſcribitur ad
hebre. 9. c. Statutum eſt homini ſe
mel mori: nec virgini glorioſe non ẽ
ↄceſſum nõ mori. quidam enim di
cunt q eſt mortuus: tñ ſine dolore:
ſicut fuit ſine corruptiõe carnis: qḋ
videt̃ ſentire Hiero. in ꝓlogo in io
hannẽ ⁊ in apocalipſi. vbi ait. Hic
eſt iohãnes qui ſciẽs ſuperueẽiſſe re
ceſſum ↄuocatis diſcipul' in epheſo
poſt multa ſignorum experimenta i
defoſſum deſcendens ſepulture ſue
locutione facta reddidit ſpirituʒ tã
extraneus a dolore ſue mortis: q̃ a
corruptõne carnis fuit alienus. Et
ſi dicat̃ q xp̃s dixit petro de iohan
ne. Sic eum volo manẽ. vnde exiit
ſermo inter fratres q diſcipulus il
le non moritur. ſ̃m Auguſtinuʒ eſt
dicendum q xp̃s reſpondit ad ver
ba petri petentis habere iohannem
ſociuʒ in paſſione ⁊ martyrio dicẽs
Sic euʒ volo manere donec veniã
non ad iudicium in fine: ſed ad vo
candum eum in gloriam celeſtẽ ab
huius mundi ſtatu.

3m priuilegiuʒ dicit̃ ſuperne glo
rificationis. In celeſti nanq; curia
copioſaʒ eſſe iohannis gloriaʒ oẽs
cognoſcẽ poſſunt. qui ſciunt gloriaʒ
eſſe meritis corñdentem. ⁊ ne mul
ta dicamus: Johãnes euãgeliſta ñ
in infimo ordine ⁊ gradu ẽſt ſancto
rum collocatus: verum etiam ip̃e ẽ
qui de amore inter Seraphiʒ ardẽ
tes habitare credit̃ Si ergo felix ⁊
beata dilectio eſt: que iohanneʒ ad
glorie dulcedinem vſque perduxit
ipſius exemplo vt chriſtus nos dili
gat ſtudeamus: qui eſt benedictus
⁊ laudabilis per infinita ſecula ſe.
amen.

In feſto innocentum. Sermo ꝓ
eiſdem.

Fructus. 25. Innocẽtes pro xp̃o
occiduntur.

Accipe puerum ⁊ matreʒ
eius ⁊ fuge in egyptum.
Angeli ad ioſeph loquẽ
tis v̾ba ſunt iſta. Math.
ſecundo. iniq̃tas preuenientis hero
dis impii ⁊ crudelis chriſtum ieſuʒ
in cuna vagienteʒ perſequi vt occi
deret curauit. quod ſe implere cre
dens ne deciperetur: non ſolum ſup
chriſtum vt ipſe interficeretur: effu
dit iram ſuam: ſʒ etiã ſuper alios p
uulos innocentes: quorum ſolenni
tas celebrata eſt i eccleſia: vbi mẽs
deuota intueri debʒ quãta ſit obliga
tio rationalis creature ad filiuʒ vir
ginis diligendũ: qui in qualibʒ eta
te ſua pati pro nobis dignatus eſt.
Quamobrem in preſenti ſermõe re
cenſere debemus ea que de fugatio
ne. ⁊ eius peregrinatione in egyptũ
⁊ puerorum occiſione euangelica
hiſtoria teſtatur: ſub vno fructu qui
eſt. innocentes pro chriſto occidun
tur. De quo tria p̃ncipaliter occur
runt ↄtemplanda.
Primum ẽ innocentis ieſu elonga
tio: ⁊ de angelica monitione.
2m eſt herodis nequitia: ⁊ de paruu
lorum necatione.
3m eſt occiſorum merita remunera
tione.

Qr monitus ioſeph per angelũ
cum ieſu ⁊ Maria fugit in egyptũ
Capituluʒ p̃mum.

PRimum myſterium contem
plandũ dicitur innocentiſ ih̃u
elongatio ex angelica ammonitiõe.
De quo in textu euangelii ſcribit̃
angel⁹ domini apparuit in ſomnis
ioſeph. ⁊ cetera. vbi tria dubia poſ
ſunt occurrere.
Primum eſt an aliquis angel⁹ de

putatus fuerit ad cuſtodiam xpi.
2m eſt quare xpus illo tempore mo
ri recuſauit.
3m eſt cur in ſua fuga egyptum pete
re voluit.

Ad pmum dubium videtur a q
buſdam dicendum q chriſtus ad
ſui cuſtodiaz angelum habuit. Mlt
ta in ſcripturis inueniuntur: ex qui
bus facile hoc colligi poteſt. Nam
Luce ſecundo capitulo. q angelus
nunciauit chriſti natiuitatem: q po/
tuit eſſe angelus ad ſui cuſtodiam
deputatus. 7 hic vigeſimoſecundo.
Ecce appuit ei angelus domini con
fortans euz. vbi Beda ait. In teſti
moniū vtriuſq3 nē angelū euz 9for
taſſe: 7 angelū ei miniſtraſſe deſcri/
bit. vñ ihs xps ſm humanam nāz
7 paſſibilitatis ſtatuz fuit paulomi
nus ab angelis minoratus: vt decla
rat magiſter in pmo ſententiarū di.
16. c. 4. Unde qtum ad hoc angeli
co videbatur indigere pſidio. An/
gelicam cuſtodiaz deus fecit ad ani
me dignitatem ſecunduz Hierony.
ſuper Matheum decimooctauo ca
pitulo. qui dicit. Magna quippe eſt
dignitas animarum: vt vnaqueq3
ab ortu natiuitatis ſue habeat ange
lum ad ſui cuſtodiam deputatum.
Anima autem chriſti cum ſit nobi
liſſima: nō debet tanta dignitate pri
uari: que tamen omnia: 7 ſi viden
tur 9cludere veritatez: tamen falſa
ſunt: quia nō habuit chriſtus ange
lum ad ſui cuſtodiā deputatuz ſ do
ctores in ſecundo. diſtinctiōe vnde
cima. vbi ar. pmo. q. 3. beat9 Bon.
rationem aſſignat: quia nec euz po
terant diaboli opprimere p violen/
tiaz corporis diuinitati vniti: nec po
terant allicē affectuz per blāditias
plenitudine gratie 9firmatū: iō xps
nō indigebat angelo bono: nec qtū
ad defenſionez corporis: nec qtum
ad eruditionem rationis: nec quan
tum ad excitationez affectionis: nō
ſolum autem Chriſtus non indige
bat: ſed nec ei etiā competebat. Cu
ſtodia enim in cuſtodiente reſpectu
cuſtoditi dicit9 pſidentiam quandā
7 quia angeli Chriſto domino ſub
ijciebāt: iō nullū officiū preſidentie
ipſius ihu chriſti eis admitti debat
Quicquid autem de ſcripturis alle
gatum eſt de angelis adminiſtranti
bus 7 cuſtodiētibus 7 ſeruientibus
ipſi chriſto non de preſidentibus eſt
intelligendum. Nunq3 ita minoraf
xps ab angelis: ut aliquis angelus
auderet ei preſidere. Cum ita bene
ſit adorandus chriſtus in cruce: 7
in ſua infirmitate: ſicut apparebit i
ſua virtute. Cum vero dicebaf: q
angelica cuſtodia fuit ad homis di
gnitatem: dicendum q cuſtodiri ab
angelis ita dic dignitatez in aīa reſ
pectu aliaꝝ creaturaꝝ: que non cō
mittunf angelice cuſtodie: vt tñ di
cat impfectōem reſpcu btōꝝ: q alie
na cuſtodia nūq3 egerūt: 7 aīa xpi
ab inſtanti ſue 9ceptōis erat pfecte
btā 7 iō angelū cuſtodiētez nō debē
bat habē. ſ3 hrī miniſtrātez: qđ non
in vno tm̄ ſ3 in pluribus manifeſtū
eſt: ſicut p3 Math. 4. vbi dicitur: q
miniſtrabant ei angeli. In obſequꝫ
g xpi angel9 apparuit i ſomnis Jo
ſeph. S3 adhuc verſaf in dubiuꝫ
animus quia apparuit angelus za
charie: apparuit vgini glorioſe: ap
paruit paſtoribus: dum vigilarent:
cur Joſeph apparuit i ſomnis. Ad
hoc reſpondet Chryſoſtim9 in ome
lia dicēs. Non apparuit manifeſte
ſicut paſtoribus: quia valde fidelis
erat: paſtores indigebant quaſi ru
des: virgo indiguit quaſi a noſtris
iſtruenda. ſimiliter zacharias indi
guit ante conceptionem prolis mi
raculi viſione. Hec ille. De hoc Re
migius aſſignat rationem moralez
7 dicit. Per hoc q angelus appa
ruit in ſomnis dicitur: myſtice deſi
gnatur: quia illi qui a curis terre
nis 7 ſecularibus negocijs requieſ
cunt: perfrui angelica viſione merē
tur. hec ille. In hac apparitione no
tanda ſunt verba angeli: qui dixit.
Surge 7 accipe puerum 7 matrez
eius 7 fuge in egyptum: quia vt di
cit Chryſoſtimus ſuper Matheum
Non propter matrem puer natus
eſt: ſed propter puerum mater ſepa
rata eſt. Et ſecundum Hilariuz. Cū
euangeliſta deſponſatam eam ſigni
ficabat iuſto coniugez nuncupauit
ſed poſt partuz mater Jeſu oſtendi
tur: vt quemadmodum iuſtum de
putaretur Marie in virginitate cō
iugium: ita venerabilis oſtenderef
ei9 in Jeſu matri virginitas. Ad
ſecundum dubium reſpondet Au
guſtinus in queſtionib9 noui 7 ve
teris teſtamenti: vbi ait. Omnia p
prijs locis 7 temporibus geſſit ſal
uator. Cū ergo chriſtus mori diſpo
neret p hominibus: differre voluit
vſq3 ad trigeſimum tertium annuꝫ
etatis ſue. tum vt illo tempore inter
medio vbo pariter 7 exemplo iſtru
eret: tū vt veritatem vtriuſq3 natu
re manifeſtaret omnibus: tum 7 vt
dilectionez ſuam ardenter oſtende
ret: qr vitam ſuam pro nobis dedit:
quando erat in pfectiſſimo ſtatu.

Ad 3m dubium reſpondet euan
geliſta: cū dicit q in egypto chriſt9
manſit vt impleretur quod dictum
eſt p pphetam. Ex egypto vocaui fi
lium meum. Auguſtinus in quodā
ſermone de epiphania dicit. Moy
ſes aliquando in egypto clauſerat
diem: illuc chriſtus adueniens ſedē
tibus i tenebris reddidit clariſſimā
lucē: quod vtiq3 verum eſſe oſten/
dit magiſter in hiſtoria ſcholaſtica
Nocte illa cum chriſtus cuz matre
intrauit in egyptum: qua precepto
ſuo exiuerant filij iſrael: vt ſicut nō
fuit domus: in qua pmogenitus nō
iaceret mortuus angelo preueniē
te: ſic ipſo ingrediente non fuit tem
plum: in quo idolum non corruerit
Quod Iſaias pdixerat decimo no/
no. Ecce dominus aſcendit ſup nu
bez leuez: 7 ingredietur egyptuz: 7
mouebūtur ſimulachra egypti a fa
cie eius. Hanc puinciam 9mendat
Iſidorus. quarto decimo ethimolo
giarum dicens eaz eſſe que prius
aerea dicebatur: deide egypta voca
ta ab egypto Danai fratre ibi re
gnante. h ab oriente ſyrie 7 rubro
mari 9iuncta: ab occaſu Libyaz h3
a Septētrione mare magnū: a me
ridie vo introrſuz recedit ptendēs
vſq3 ad ethyopiam regio celi ibrib9
inſueta: 7 pluuiaꝝ ignara.

Nyllus ſolus circunfluens eam ir-
rigat: ⁊ inundatõe ſua fecundat. vñ
⁊ ferax frugibus multam terraꝝ p
tē frumẽto alit. Ceteroꝝ quoqꝫ ne
gocioꝝ adeo copioſa: vt ĩpleat mer
cibus ſuis orbem terraꝝ. h̄ ille. hãc
xp̄s ſibi eligit forte ẽt vt dũ ibi eſſꝫ
monſtraret futura. In egypto.n. pl⁹
religio viguit q̄ꝫ alibi. Si quis nũc
ad Egypti veniat ſolitudines para
diſi oẽm illaꝫ videret hẽmuꝫ digni
orem ⁊ ſic egypt⁹ anacoritis veluti
aſtris celi fuit adornata. Multa de
claramus de xp̄i fuga in egyptum.
Sed pia mens noſtra debet cõſide
rare q̄ꝫ dolenter audiuit mater Io
ſeph ſibi dicentem. O virgo dulciſ
ſima fugiamus repente: quia Hero
des filium tuuꝫ perdere querit. O
q̄ꝫtus timor virgineaꝫ mentem ĩua
ſit: quantus ve dolor cor benigniſſi
mum penetrauit. Puto enim ꝙ ſiñ
mora filiũ in brachijs ſuſcipiens la
chrymantibus oculis cuꝫ ioſeph ſe
ne puella cum paruulo deſertuꝫ iter
arripuerunt. Contemplare tũc aĩa
mea quot mortes duxerãt i ſomnis
quot vicibus ſitis eſtuabant ardo
re: quotiens ⁊ abſqꝫ cibo nõcte ĩui
gilauerunt in heremo. Compatere
tunc anima dura creatori tuo ꝓ te
peregrinanti. Compatere ⁊ ioſeph
q ſollicitus ad inquirendum hẽmũ
vt matris ⁊ filij neceſſitatib⁹ occur
rat ꝓ viribus: ⁊ nõ valet. Compa
tere ergo virgini ſacratiſſi. nõ tñ
hec pauet: hec filiuꝫ inter vba ſtrin
git: hec facieꝫ eius lachrymis rigat
hec adorat: hec etiam ei⁹ deflet pena
litates. O impoſſibile eſſet excogita
re: que ſupra hoc ⁊ multa alia: que
fiebãt ꝑfecto vix oculi a lachrymis
ꝯtineri ualerent.

Q̃ maxima ⁊ crudelis fuit aſtu
tia Herodis ꝯtra xp̄m. c. 2.

Recidũꝫ myſteriũ ꝯtemplans
dicit̃ Herodis aſtutia: ⁊ de pu
eroꝝ necatione: de quo hodie tria
ꝯſideranda ſunt.
Primum dicit̃ differentia.
2m dicit̃ ſufferentia.
3m dicit̃ malitia.
Primum ꝯſiderandũ dicit̃ dr̃ia
ſm hiſtoriaruꝫ doctrinam tres fue
runt Herodes. primus dictus hero
des aſcalonita. ſub quo domin⁹ na-
tus eſt: ⁊ a quo pueri occiſi ſunt.
2⁹ dictus eſt herodes antipas qui
iohannem decolauit. 3⁹ dictus eſt
herodes agrippa: qui iacobum oc-
cidit: ⁊ petrum incarcerauit.
2m cõſiderandum dicitur ſuffe-
rentia. Nõn.n. Herodeſ eo ip̄o quo
deluſus eſt a Magis: pueros occidi
mandauit: ſed poſt aliquod tempuſ
quia vt dicit Nicolaus de lira cum
vellet omnes pueros de bethelꝫ in
terficere: ne puer ſibi ĩcognitus eua
deret: impeditus ab executione h⁹
eo ꝙ a Ceſare Auguſto per epiſto
lam eſt acceptatus filiorum accuſa
tionibus reſponſurus. Eundo autẽ
Romam ⁊ remanendo in curia: ⁊
reuertendo ad iudeam appoſuit an
nuꝫ ⁊ plus ⁊ ideo fere duos annos
ad regnũ ſuũ reuerſus: ⁊ in reg̃ con
firmatus ẽ: q̄ñ ſententiam pro ſe cõ
tra filios habuit: nunc perfecit necẽ

pueroꝝ ꝑus in mente ꝯceperam.
3m ꝯſiderandum dicitur malitia
Quis nam explicet q̄ꝫto dolo aius
Herodis fuerit repert⁹ qui vt xp̄m
ꝑderet: non ſolum ip̄m ſed oẽs pue
ros: qui erãt in bethleꝫ ⁊ in omni
bus finibus eius ab imatu ⁊ infra
ideſt ab infantibus duoꝝ annoruꝫ
vſqꝫ ad pueros quinqꝫ annorum
mandauit occidi: cui aſſertioni ṽe
fidem facit, ꝙ quedam oſſa innocẽ
tum adeo grandia ſunt: ꝙ pueroꝝ
duos annos habentium eſſe nõ poſ
ſunt: niſi dixerimus corpora tũc ma
ioris q̄ꝫtitatis fuiſſe: quare aũt He
rodes ita mandauit cum eſſet duo
ruꝫ annoꝝ ⁊ non vnius anni tantũ
⁊ vnius mẽſis nec vnius dici: cui⁹
etatis pueri interfecti ſunt ſm p̄mã
opinionem: nec trium annorum ſm
opinionẽ ſcd̃am. Reſpondet Aug.
i ſermõe de innocentib⁹: q2 timebat
ne pueri cui ſidera famulabantur
paulo ſupra etatem vel infra ſpeci
es mutata eſſet. ⁊ ſic ſuum tp̄s occl
taret: ideo videt̃ pueros ab ĩmatu
vſqꝫ ad pueros vnius dici interfe
ciſſe. Tunc adimpletuꝫ eſt quod di
ctuꝫ eſt ꝑ Ieremiam ꝓph̄am. Uox
in rama audita eſt ploratus ⁊ vllu
latus multus. Rachel plorans fili
os ſuos. vbi Hieronymus ait. Qđ
dicitur in rama: non putemus nom̄
loci eẽ: qui eſt iuxta Gabaa. ſed ra
ma excelſum interp̄tatur: vt ſit ſen
ſus. vox in rama audita eſt. i. longe
lateqꝫ diſp̄ſa. Cui dicto concordat
dictum Chry. ſuper Ma. ꝙ plorat⁹
fletus paruulorum oſtendit. vllula
tus autem matrum ſignificat lamẽ
tum. Et quod dicitur in euangelio
Rachel plorans filios ſuos ſ ꝙ dic
Nico. de lira interp̄tatur metapho-
rice quaſi mere ſit bethleꝫ cõe ſue
ſepulture: quia ibi in ſepulchro eſt:
vt habetur geneſis. 35. Et hoc dicit
Hieronymus ſuper Math. vbi ait.
Queritur quomodo Rachel filios
Iude: qui nõ ex ip̄a nati: ſꝫ ex alia
ſcꝫ filios bethlem ploret. reſponde
mus breuiter: ꝙ ſepulta fuit iux̄ be
thlem in effrate ⁊ materni corpuſ
culi hoſpitiũ nomen matrĩ accepit
ſiue quoniam Iuda ⁊ Beniamin:
q de Rachele natus eſt, due tribus
iuncte erant: ⁊ Herodes p̄ceperat ñ
ſolum in bethlem interfici pueros
ſꝫ in omnibus finibus eius. vñ per
occiſionem bethlem intelligimus
multos ⁊ de Beniamin fuiſſe occi
ſos hec Hieronymus. O quale edi
tum irratõale ⁊ crudele. O q̄ꝫ lugu
bris ⁊ flebilis excecatio. O q̄ꝫ iiu
ſta ⁊ iniqua occiſio. Rapiebant̃ p
uuli quidam a pectoribus matrum
quidam in cunis iacentes: quidam
blande parentibus alludentes: qui
daꝫ vrbane in domibus perambu
lantes. Et ſine vlla pietate vel pro
ĩjciebãtur ad muros: vl' gladio: vl'
ſtrictis in gutture manibus ſuffoca
bantur. Uidiſſes tũc in terra iacere
cadauera puerorum. Uidiſſes tunc
terram coopertam ſanguine puero
rum paruuloruꝫ madefactaꝫ inno
centium. Uidiſſes matres in quali
bet domo ſparſis crinibus tam hor
rendum flagitiũ ſingultibus lachry
mis ⁊ vllulatibus ⁊ clamantib⁹. O
quanta compaſſio animum audiẽ-

tium mouere debet in ſpectaculum
adeo funeſtrum ꝛ lugubꝛe ꝛc̄.

Qꝛ inocētes merito paſſiōis xp̄i
ſunt remunerati.c.ꝫ.

TErtiū myſteriū ꝯtemplanduꝫ
dicit̄ occiſoꝝ remuneratio. de
pꝛemio autē iſtoꝝ ſanctoꝝ apd nō
nullos exiſtimantur varie ſententie
quas omnes ad tres ſententias re
ducemus.

Pꝛima dicitur ſnia falſa.
2ᵃ dicit̄ ſententia debilis.
3ᵃ dicit̄ ſententia vera.

Pꝛima ſententia falſa eſt eoꝝ q
dicunt puulos hos occiſos nihl̄ me
ruiſſe: eo q in eis nondum erat ex
pedit⁹ ratōnis vſus:nec voluntarie
p xp̄o paticbant̄: ꝯtra quos eſt au
ctoꝛitas eccleſie vniuerſalis: q̄ hos
colit p ſanctis: ꝛ in ſanctoꝝ nume
ro ꝯfitetur. vnde Aug. in ſermone
inocentuꝫ. Hodie fratres cariſſimi
natale illoꝝ infantiū colim⁹: quos
ab Herode crudeliſſimo rege inter
fectos eē euangelic⁹ text⁹ alloqtur.
Ecce pꝛbanus hoſtis nunq̄ꝫ beati
puulis tm̄ pdeſſe potuiſſet obſcgo
q̄ꝫtuꝫ potuit odio. Nā ſic pñtis dici
feſta manifeſtant q̄ꝫtum ꝯtra btōs
puulos iniqtas abundauit:tm̄ i eis
grā diuine benedictōis effulſit.hec
Aug. qui hoc etiam ſermone mul
ta pꝛoſequitur de gloꝛia iſtoꝛuꝫ ſan
ctoꝛum:ideo iſtoꝛum mala eſt opio.

2ᵃ ſententia eſt debilis.nam vt in
quit Tho.22.q.124.q fuerunt qui
dam: qui dixerunt q in innocenti
bus acceleratus eſt vſus miraculo
ſe liberi arbitrij. itaq; voluntarie ēt
paſſi ſunt:quod dictum nullibi repe
ritur auctenticum. ideo vbilibꝫ tan
q̄ꝫ debile acceptatur.quia vt inquit
Hiero.ad paulinaꝫ.quod de ſcriptu
ris auctoꝛitatem non habet:eadem
facultate contempnitur:qua pbat̄

3ᵃ ſententia eſt vera:de qua loqt̄
ſanctuſ Tho.vbi ſupꝛa.q martyrij
gloꝛiam quam in alijs pꝛia volun
tas meret̄:illi paruuli occiſi dei gra
tia ſunt aſſecuti. Nā effuſio ſangui
nis pter xp̄m viceꝫ gerit baptiſmi
vnde ſicut pueris baptizati. per gra
tiam baptiſmalem meritum chꝛiſti
operatur ad gloꝛiam.ſic in iſtis ope
ratus eſt ad palmam martyrij obti
nendam.Et hoc eſt quod dicit Au
guſtinus in quodaꝫ ſermone de epi
phania quaſi alloquens ad innocē
tes ſic inquiens. Ille de veſtra coꝛo
na dubitauit in paſſione pꝛo chꝛiſto
qui etiam paruulis baptiſmum p
deſſe non extimat.non habebatis
etatē i qua i paſſuꝝ xp̄ꝫ credēti: ſꝫ
habebatis carneꝫ:in qua p chꝛiſto
paſſuro paſſionem ſuſtineretis.hec
ille.Cum itaq; viderimus hos par
uulos felicíſſimos celicolas eſſe fa
ctos:qui pter chꝛiſtum paſſi ſunt:
eos itaq; veneremur: vt etiam pꝛo
domino ieſu chꝛiſto ſimul cum eis
pati non timeamus:qui perfecte la
boꝛātes exaltat in fine:ꝛ beatos fa
cit in gloꝛioſo regno celoꝛum:i quo
viuit ꝛ regnat in ſecula ſeculoꝛum
Amen.

In ſancto Silueſtro. Sermo de
dignitate ſacerdotali.

Fructus.26. Ieſus xp̄s ſacerdo
tes appꝛobat cum virtute.

ECce ſacerdos magn⁹ q i
diebus ſuis placuit deo.
ſap̄ eccleſiaſtici.44.Uer
ba hec ſumit eccleſia in
ꝯmendatōe beati Silueſtri cōfeſſo
ris in hodierna epl̄a recitata. Qui
mundum ineffabili ſapientia multi
plici varietate reꝝ creauit:ipſe eccle
ſue ſancte ſtatus diuerſos mire diſ
poſuit: in quibus ꝯtemplari poſſu⁹
candoꝛem ſapientie ſue ꝛ pficē ad
ſaluteꝫ:cum ad illos vocati iuſte ac
ſancte operari conamur:eſt tn̄ inter
eccleſiaſticos gradus laude dign⁹
ꝛ vere cōmendandus ſacerdotalis
oꝛdo: qui vſq; ad pontificum poteſt
aſcendere celſitudinem in q̄ p noꝛ-
mam debitam obſeruare ſtudet:deo
placet:ꝛ gratus efficitur. Fecit hoc
modo beatus Silueſter.qui a Ihū
xp̄o in ſcō ꝯtubernio eſt gloꝛioſe de
putatus: ad cuius ꝯmendationem
in pñti ſermone de ip̄o loqui volen-
tes fructum noſtrum pponimus cō
ſuetuꝫ:qui eſt. Ieſus chꝛiſtus ſacer
dotes appꝛobat cum virtute. Ubi
tria pulchꝛa notari poſſunt de beato
Silueſtro a xp̄o pbato: que quidē
ſunt.vꝫ.

Pꝛimū dicit̄ ſacerdotal̄ dignitas.
2ᵐ dicit̄ ſacerdotalis ſublimitas.
3ᵐ dicit̄ ſacerdotalis ſanctitas.

Q ſacerdotalis dignitas excellē
tioꝛ eſt quacunq; tpali dignitate.c.i

PRimuꝫ priuilegiū dr̄ ſacerdo
talis dignitas:qꝛ de ip̄o dicit̄.
Ecce ſacerdos. Eſt.n.ſacerdotalis
dignitas excellentioꝛ quacunq; di
gnitate tempoꝛali:quod pbare poſ-
ſumus tripliciter.

p̄ ratione.
2ᵒ auctoꝛitate.
3ᵒ exemplo.

p̄ pbare poſſumus ratione excel
lentiaꝫ ſacerdotalis dignitatis:que
triplex pōt eſſe.vꝫ.

Pꝛima dr̄ ſignificatiōis.
2ᵃ dicit̄ inſtitutionis.
3ᵃ dicit̄ ꝯditionis.

Pꝛima ratio dicit̄ ſignificatiōis
nam ſacerdos ſm Iſidoꝛum.7ᵒ.liᵒ
ethimologiarum idem eſt quod ſa
cer dux:vel ſacra dans.ratio iſtius
duplicis interp̄tationis ſm tho.i.4
di.24.eſt qꝛ p myſteriuꝫ ſacerdota
le ſacerdos ē mediuꝫ int̄ deum ꝛ po
pulū.nam ip̄e diuina nunciat ꝛ mi
niſtrat populo ꝛ vota populi offert
deo. Dicit̄ eti ſacerdos:quaſi ſacra
dans. ſacra aūt qs dare pōt duob⁹
modis: vel auxiliando:vel ſacramē
ta diſponendo.p̄ mō qlibꝫ iuſtus in
q̄ꝫtuꝫ ſacra ſua merita dat l̄ cōicat
alijs auxiliādo interp̄tat̄ ſacerdos
2ᵒ nomē ſacerdotis eſt inſtitutū ad
ſignificandū eū q ſacra dās i ſacro
rum diſpēſatōe:ꝛ ſic ille q ē in gdu
oꝛdinis ꝯſtitutuſ dr̄ ſacerdos. 2ᵃ
rō dr̄ inſtitutōis.nam ſacerdotiū p̄
ceſſit legē ſcriptā: qꝛ in teſtō veteri
p̄m⁹ ſacerdos qui iubēte dn̄o victi
mas obtulit fuit Aron ſic pꝫ in liᵒ
numeroꝝ.xemū p ſacerdotiū iuben
te dn̄o regal̄ ptās ē oꝛdiata.vn̄ p̄ Re
9.c.dixit dn̄s ad Samuelē ſacerdo
tē.Audi vocē eoꝝ.i.filioꝝ iſrl̄ petē
tiū hr̄e ſupioꝛeꝫ:ꝛ ꝯſtitues ſup eos
regē.vn̄ ē q ſpūal̄ auctas terenā ptā
tē hꝫ iſtituē vt ſit:ꝛ iudicāe ſi bōa n̄
ſit:qḋ pbr̄ p ap⁹.pa.dn̄tē p̄ᵃcoꝛ.6.c

Neſcitis qm̄ angelos iudicabimuſ
q̄to magis ſecularia. quod eſt nōt̄
c. p venerabilē. e x̄. q filij ſunt legiti
mi. 9. q. 3. c. Nemo. ⁊ in. c. Aliorum
3ª ratō dicit̄ ꝯditionis. Eſt. n. ſa
cerdotalis dignitas ſpūalis. ⁊ ideo
q̄to ſpūs nobilior eſt corpe: tāto ſa
cerdotalis dignitas ē nobilior qua
cunq; dignitate tpali: ſicut pz de trā
ſlatōe epi ⁊ electi in. c. inter corpaª
⁊ hoc eſt quod nōt̄. 96. di. c. Duo
quidē: vbi ſic hr̄. Aurꝝ nō taz pcio
ſius plūbo: q̄ regia ptāte ſit ordo ſa
cerdotalis altior. ⁊ eadem di. in. c.
Quis dubitet. ſic dicit̄. Quis dubi
tet ſacerdotes xp̄i regum ⁊ pncipū
omniumq; fideliū patres ⁊ mgr̄os
cenſeri. 2º poſſumus ꝓbare excel
lentiaz dignitatis ſacerdotalis auc̄
te. Nam Pe. 2. ſue pme epiſtole ſa
cerdotibus ait. Uos eſtis genus ele
ctuz: regale ſacerdotiuz: gēs ſancta
populus acquiſitōis. ⁊ eccleſiaſtici.
7. c. dr̄. Honora deum ⁊ honorifica
ſacerdotes. ⁊ Iſa: 61. c. ſcribit̄ ſic de
ſacerdotibꝰ. Uos ſacerdotes dn̄i vo
cabimini miſtri dei nr̄i dicet̄ vobis
⁊. xi. q. 3. in. c. abſit. Antheriꝰ papa
ait. Abſit vt quicq̄ ſiniſtruz de his
arbitremur q apoſtolico gradui ſuc
cedentes xp̄i corpus ſacro ore ꝯfici
unt: p q̄s nos xp̄iani ſumꝰ q claues
regni celoꝝ hn̄tes an̄ iudicij diē iu
dicāt. In veteri qdez lege hr̄. Qui
cūq; ſacerdotibꝰ nō obtēpaſſet: aut
e x̄ caſtra poſitus lapidabat̄ a popu
lo: aut gladio ceruice ſubiecta cōtē
ptū expiabat cruore. Et Hiero. ad
ruſticuz monachū ſic de ſacerdotibꝰ
ſcribit. Nō eſt humilitatis noſtre: nꝫ

menſure iudicare de ceteris: neq; de
miſtris eccleſiaꝝ ſiniſtruz qppiā di
cere: que ꝓpa nōnt̄. 6. q. i. c. ſacerdo
tes. Cleoſphorꝰ papa ait. Sacerdo
tes q ꝓprio ore corpꝰ dn̄i ꝯficiūt ab
oībus ſūt timēdi ⁊ obediēdi: nō dila
cerādi: aut detrahēdi. ⁊. xi. q. i. c. Sa
cerdotibꝰ. Greg. Mauricio impato
ri ſic ſcribit. Sacerdotibꝰ nō ex ter
rena ptāte dn̄s noſter citius idigne
tur ſz excellenti ꝯſideratōne ꝓpt eū
cuiꝰ ſunt ſerui: ita eis dn̄et̄: vt ēt de
bitā reuerentiam impēdat. Naz in
diuinis eloquijs ſacerdotes aliqn̄
dij aliqn̄ angeli nūcupant̄. vn̄ ⁊ ad
Moyſem de eo q ad iuramentū de
ducendꝰ eſt dicit̄. applica iſtum ad
deos vz ad ſacerdotes. ⁊ rurſuz ſcri
ptum eſt. Dijs nō detrahes. ſ. ſacer
dotibꝰ. ⁊ ꝓphā. Labia ſacerdotū cu
ſtodiunt ſciam ⁊ iuſticiā ⁊ legē reqꝛ
rūt ex ore eiꝰ: quia angelus dn̄i ex
ercituuz ē. Quid igit̄ mirꝝ ſi pietas
vr̄a dignet̄ eos honorare: quibꝰ in
ſuo eloquio honorē tribuens eos aut
angelos aut deos ēt ipe appellat deꝰ
hec ille. 3º poſſumus ꝓbare excel
lentiaz ſacerdotalis dignitatis exē
plo. Legimus nanq; mltos xp̄ianiſ
ſimos imperatores nō indignatos
ſubiacere ſe ſacerdotibꝰ. In quoꝝ
numero fuit ille piiſſimꝰ Theodoſiꝰ
de quo ſcribit̄ i hiſtoria triptita. hic
ēt cuz audiſſet apud Teſalonicā ci
uitatē quoſdā iudices fuiſſe lapida
tos indignatꝰ oēs pariter iuſſit inte
rimi. vbi. 7. milia ſunt occiſi nullo
pcedente iudicio. Cum vo Medio
lanū veniſſet: ⁊ ſolenniter i ſacrum
voluiſſet intrare templū occurrit ei

Ambroſius ep̄s foris ad ianuas: ⁊
ſic ingredientez his ſmonibus a ſa
cris liminibꝰ ꝓhibuit inceſſu. Ne
ſcis miſer imperator ppetrate a te
necis q̄ta ſit magnitudo. neq; poſt
cām tanti furoris mens tua molez
pſumptōnis agnoſcit: ſz forte reco
gnitōnez peccati ꝓhibet ptās impe
rij. decet tn̄ vt vincat ratio ptātem.
Quibus igr̄ oculꝭ aſpicies cōis dn̄i
templuz: quibꝰ calcatis pedibꝰ ſctm̄
illius pauimentuz: quo manꝰ exten
des: de qbus adhuc ſanguis ſtillat
inoxius. Recede recede: ne ſcdo
pctō priorem neqtiaz augere ꝯtēnas
Audiens hos ſermones imperator
gemens ⁊ flens ad regalia remea
uit. cumq; octo menſes tranſiſſent:
ꝓpinquauit natiuitatis dn̄i feſtiui
tas. Imperator autem ſatis angu
ſtiabatur: quem videns Ruffinus
tunc magiſter militum. ⁊ imperato
ris familiariſſimus: cauſam ſue tri
ſtitie queſiuit. qua cognita Ruffinꝰ
ad Ambroſium perrexit: quem cū
ambroſius vidiſſet: mox ait. Impu
dentiā canum imitatus es o Ruffi
ne. Ego dico tibi: qm̄ imperatorem
ingredi limina ſacra ꝓhibeo. que
mox ruffinus imperatori retulit. at
imperator in media iam platea per
go inquit: ⁊ iuſtas in facie ſuſcipiaz
ꝯtumelias. Et veniēs ad āntiſtitem
ſupplicabat vt vincula eiꝰ ſolueret
dicens. Tuum autē eſt docere: meū
aūt eſt ſuſcipere. Cui ambroſiꝰ iiun
xit vt legē ꝯderet: ne ips ſententiaz
mortis poſſet dare aio irato. ſz tranſ
acto dieꝝ nūero. 30. qd̄ ⁊ fec̄ ſicq;
lachrymoſus ⁊ dolens cū hūilitate

ad eccleſiā eſt introductus ſeruans
i oibus reuerētiā antiſtiti ambroſio
Quid de Conſtātino imperatore di
cemus: q pꝰ ſuſceptum baptiſma ſa
cerdotes honorare ſtuduit. Naz de
ipo ſcribit̄. 96. di. c. in ſcripturis.
In ſcripturis narrat̄ Conſtantinꝰ
imperator dixiſſe vere ſi ꝓprijs ocu
lis vidiſſet ſacerdotē dei: aut aliquē
eoꝝ qui i monachali habitu circuz
amicti ſunt peccantē clamidē meaz
explicarē: ⁊ cooperirem eum: ne ab
aliquo videret̄. xi. q. i. in. c. ſacerdo
tibꝰ ſic habet̄: vt eccleſiaſtica teſtat̄
hiſtoria: q2 cū pie memorie Cōſtā
tino pncipi ſcripto oblate accuſatō
nes ꝯtra ep̄os fuiſſent: libellos qdē
accuſatōis accepit: ⁊ eos. ſ. q accuſa
ti fuerāt: ep̄os ꝯuocās in eoꝝ ꝯſpe
ctu libellos quos acceperat incēdit di
cens. Ite ⁊ int̄ vos cās vr̄as diſpo
nite: q2 dignuz nō eſt: vt nos iudice
mus deos. In qua ſnīa ſibi magl ex
hūilitate: q̄ illis aliqd pſtitit ex re
uerētia ipenſa. An̄ cuz qppe pagāi
iure publico pncipes fuerunt: q ve
rū deū neſciētes deos ligneos ⁊ lapi
deos colebāt ⁊ tn̄ eoꝝ ſacerdotibꝰ
magnū honorē tribuebāt: ⁊ ne mul
ta dicamus: efficaciſſimū eſt exēplū
xp̄i: de quo Cyprianus carthagineſis
93. di. c. Dn̄s ait ſic. Dn̄s nr̄ Ieſuſ
xp̄s rex ⁊ iudex vſq; ad paſſionis
horā ſuauit honorē pontificibꝰ ⁊ ſa
cerdotibꝰ. Nā cū leproſum mūdaſ
ſet: dixit ei. vade oſtēde te ſacerdoti
bus. Sacerdotē adhuc ē ppellans
quem ſciebat eſſe ſacrilegū. Itē cuz
ſubdit̄ paſſioni alapā accepiſſꝫ ni
hil ꝯtumelioſe locutus eſt in pſonā
i

pontificis. Ex quib⁹ omnibus clare
deph̄enditur peramplissimam eſſe
ſacerdotalez dignitatē: cui nō debēt
xp̄iāni eē īfeſti. qm̄ vt dr̄. z. q. i. c. Nul
li. dn̄uz crucifigūt q cū in ſuis ſacer
dotib⁹ perſequunt̄: ſic faciebāt an
tiq tyranni ꝛ inimici xp̄i: q̄s tn̄ diua
man⁹ impunes nō pmiſit abire.

SEcūdū p̄uilegiuz beati Silue
ſtri dicit̄ ſacerdotalis ſublimi
tas: q2 fuit ipſe nō tm̄ ſacerdos: ſʒ ēt
magnus. Nā mortuo ep̄o melchia
de ep̄o vrbis rome Silueſter: ab oi
plebe in ſummū pontificē ē electus
vbi ſciēduz ē φ in nouo teſtō xp̄us
inſtituit triplicē gradū ſacerdotis.
Primus eſt inferioꝝ.
z⁹ eſt ep̄orum.
ʒ⁹ eſt pontificum maioꝝ.
Primus gradus ſacerdotis ꝯſti
tutus a xp̄o eſt gradus ſacerdotuʒ
inferioꝝ. Naʒ habuit dn̄s. 7z. diſci
pulos: quib⁹ ſuccedunt p̄ſb̄ri: q ſunt
maiores in auxiliū operis: vt notat̄
95. di. c. olim.
z⁹ gradus ē ep̄orum: qui ſacerdo
te maiores reſpectu aliorum inferi
orū dici poſſunt. hi locum. iz. apoſto
loruʒ tenent in eccleſia: ſicut pʒ. 68
di. in. c. Quorum vices. 7. iz. q. i. i. c.
Uidentes.
ʒ⁹ gradus eſt pontificum maio
ruʒ. Nam dominus ſuper alios ele
git Petruʒ in ſummū ſacerdotem:
ſicut notat̄ di. i9. in. c. ita dn̄s nr̄. ꝛ
zi. di. in. c. In nouo teſtamēto. ꝛ ha
bet̄ in eadē di. c. Cleros. vbi etiam
dicitur φ talis gradus ſeruatus eſt
in veteri lege. vbi Aaron ſummus
ſacerdos fuiſſe traditur: ꝛ filij eius
ſacerdotes minores fuerunt. Ta
lis ēt diſcretio a gētilib⁹ maxͤ intro
ducta eſt: quia ſuos ſacerdotes flā
mes a filo qd̄ portabant in capite
alios ſimpliciter flammes: alios ar
chiflāmeſ appellabant: quante aūt
p̄eminentie ſit maximi pontificatuſ
gradus oſtendit Agatho papa. i9.
di. in. c. Sic omnis. vbi ſic dic̄. Ois
apoſtolice ſedis ſanctiones accipiē
de ſunt tanq̄ ipſi⁹ diuina voce Pe
tri affirmate. Quiſqꝫ catholice ad
papalez celſitudinē ſublimat̄: ipſe ē
Petri ſucceſſor: ipſe vicari⁹ xp̄i: ipſe
ē cui totus mundus deuote ē ſubie
ctus. ꝛ lʒ ſit magna ptās imperialis
longe tn̄ nobilior eſt facultas ponti
ficalis. ꝛ iō ſcribit̄ de maioritate ꝛ
obedientia in. c. Solite. Fecit deus
duo magna luminaria in firmamē
to celi: luminare maius: vt preeſſet
diei: ꝛ luminare minus vt p̄eſſet no
cti: vtrūqꝫ magnū. ſʒ alteꝝ maius.
Ad firmamētuʒ igit̄ celi: h̄ eſt vlis
eccleſia fec̄ deus duo magna lumia
ria. i. duas inſtituit dignitates: q̄ ſt̄
pontificalis dignitas ꝛ regalis ptāſ
ſʒ illa q̄ p̄eſt dieb⁹. i. ſpūalib⁹ maior
eſt. que v̄o carnalib⁹ minor. vt q̄ta
eſt inter ſolem ꝛ lunam: tanta ē in
ter pontifices ꝛ reges differentia co
gnoſcat̄. hec ille. Multa adduci pn̄t
ad p̄bandum ea que dicimus que
cauſa breuitatis omittimus ꝯcludē
tes ſummū pontificem excellere di
gnitate ac auctoritate quoſcūqꝫ ſiū
temporali ſiue in ſpūali ſtatu exalta
tos ꝛ honoratos.

TErtiuʒ p̄uilegiuʒ beati Silue
ſtri dicit̄ ſacerdotal̄ ſanctitas
qa diebus ſuiſ placuit deo tota vita
ſanctoꝝ ē dies. vn̄ p̄ma ad theſſal.
5°. c. apo⁹ ait Omnes vos filij lucis
eſtis. Tria nanqꝫ dum eſſet ponti
fex: vt placeret deo exercere voluit
beatus Silueſter.
Primo paſcere populū exemplo.
z°. paſcere populum v̄bo.
ʒ°. paſcere populū tp̄ali ſubſidio.
Primo voluit paſcere populum
exemplo. Nam adeo fide ꝛ morib⁹
reſplendebat: vt non ſoluʒ a xp̄iāis
verūctiā a pagāis miro diligeba
tur affectu. z°. voluit paſcere po
pulum v̄bo: q2 ſepius vultu angeli
co xp̄m filiū dei p̄dicabat xp̄iāos
cōfortabat: vt i fide ſtabiles pmane
rēt: ꝛ Conſtantinuʒ de fidei ſacram̄
tis plene docuit ꝛ inſtruxit. Ut eniʒ
dicit̄ in eius legenda: pſequēte ipō
Conſtantino xp̄ianos exiuit Silue
ſter de vrbe: ac in quodam mōte cū
ſuis clericis manſit. Cū Conſtanti
nus in mirabilez lepraʒ incidiſſet:
ad ꝯſiliuʒ pontificū idoloruʒ addu
cta erant tria millia pueroꝝ. vt eos
occidi faceret: ꝛ ſe in eoꝝ ſanguine
recenti ꝛ calido balnearet. egrediē
te eo ad locum vbi balneum prepa
rari debebat: matres pueroꝝ obui
abāt: miſerabiliſqꝫ lachrymis vlu
labāt. Conſtātinus iuſſit ſtare curꝝ
ꝛ erigens dixit. Audite me omnes
q ſtatiſ hic. Dignitas imperij roma
ni de fonte naſcit̄ pietatiſ: q̄ hāc etiā
legeʒ edit vt capitali ſententia ſub
deret̄ qcunqꝫ i bello aliquē occidiſ
ſet infantē. quanta ḡ erit crudelitaſ
vt hoc nr̄is faciam⁹ filijs: qd̄ nos p
hibuimus alienis. Melius eſt ergo
mori ſalua vita innocentum: q̄ per
eoꝝ interitum vitā recuperare cru
deliter. Juſſit ḡ vt matrib⁹ ſuis pu
eri ꝛ dona plurima p̄berent̄. Seq̄n
ti v̄o nocte Petrus ꝛ paulus appa
ruerunt ei dicētes. Quoniaʒ exhor
ruiſti ſanguinis effuſionē: miſit nos
dominus ieſus xp̄us dare tibi recu
perande ſanitatis ꝯſiliuʒ. Silueſtrū
ergo epiſcopum qui apud montem
ſirapti latitat acceſſir̄. hic tibi piſci
naʒ oſtendet: in qua imerſus ter ab
omni curaberis lepre morbo. Eui
gilans ſtatī Conſtantinus miſit mi
lites ad Silueſtrum: quos videns
ad palmam martyrij credidit ſe vo
cari. Preſentatus tandem Conſtan
tino audiuit p ordinē ſui ſomnij vi
ſionez: Percunctāti Cōſtantino φ
eēnt q ſibi apparuerīt duo dij. rn̄dit
Silueſter eſſe xp̄i apoſtolos ꝛ non
deos: quoruʒ imagines offerri fecit
Silueſter. ꝛ imperator tales eſſe q
ſibi apparuerūt exclamauit. Silue
ſter aūt euʒ cathecuminum fecit: ꝛ
vnius ebdomade ieiunium indixit
ſibi ꝛ carceres apiri monuit. Cūqꝫ
in aquam deſcendiſſet baptiſmatis:
ibi admirabilis ſplendor emicuit:
ſicqꝫ mundus exiuit: ꝛ xp̄m vidiſſe
ſe aſſeruit. Ipā āt die ſui baptiſma
tis multa ad ampliatōnem cultus
xp̄i ſtatuit ꝛ ordinauit.
ʒ°. voluit beatus Silueſter paſce
re populū temporali ſubſidio. Scri
bit̄ nanqꝫ in ſua legenda φ omniū
orphanorum viduarum ꝛ paupe
rum nomina in ſcriptis habebat: ꝛ
omnibus neceſſaria p̄uidebat. Fe
cit ēt multa ſigna viuens q mundū

ſpꝛeuerat cuꝫ omnibus ſuis ꝯcupi
ſcentijs. vnde ⁊ in fine obdoꝛmiuit
in domino: cuius exemplo animen
tur ſacerdotes: vt ſicut illi ꝯfoꝛmes
ſunt in dignitate: ita eum ſtudeant
ſeq̄ in vite ſctitate. ⁊ tanto magis oēs
obligantur deo ad rōem reddendā
qui ab ipſo plura dona ſuſcipiunt:
q̄ ideo multo plura ꝯtulit beneficia
vt ei ſeruientes magis exaltentur i
regno celoꝛum: in quo viuit ⁊ regnt
amen.

In circūciſione domini. Sermo
de eadem.

Fructus. 27. Jeſus ē circūciſus

Poſtq̄ꝫ ꝯſūmati ſunt dies
octo: vt circunderet pu
er. Scribunt hec verba
Luc. 2. in euangelio ho
dierno. Ardens amoꝛ ieſu xp̄i ipſi⁹
mentē pulſare cepit in etate tenella
⁊ infantili vt humano generi paſſi
onis ſue bñficia inciperet diſpenſa
re. Octaua nanq̄ꝫ die ſanguinē ſuū
fudit i circunciſiōe apparens velut
peccatoꝛ circūciſiōis legi ſubiectus
cū tñ mūd⁹ fuerit ab oī ſoꝛde: ⁊ ga
piū eſt ꝯtemplare: qualit̃ puerulus
i⁹ lachꝛymis circūcidebat̃. idcirco i
pñti ſermone de ipſius circūciſione
dicturi ſumus ꝓponentes fructum.
Jeſus ē circunciſus. Ad c⁹ explana
tionē tres ꝯcluſiones notabimus.
Prima dicit̃ inſtitutiōis.
2ª dicit̃ obſeruatōis.
3ª dicit̃ ceſſationis.

Q sacr̄m circūciſiōis ꝯuenienter
fuit inſtitutum. ca. i.

PRima ꝯcluſio dicit̃ inſtitutōiſ
in qua dicimus circūciſionis
ſacr̄m ꝯuenient̃ fuiſſe inſtitutuꝫ: q2
deus illud inſtituit: ſicut pꝫ gen̄. 17.
vbi ſic habet̃. Circuncidetur ex vo
bis omne maſculinum. ⁊ circunci
detis carnem pꝛeputii veſtri: vt i ſi
gnum ſit federis inter me ⁊ vos. in
fans. 8. dierū circūcidet̃ ex vobis.
Huius aūt inſtitutōnis ꝯuenientia
triplex aſſignat̃ a Ric. i. 4. di. i.
Prima eſt rōne moꝛbi.
2ª ē rōne temporis.
3ª eſt rōne perſone.

Prima ꝯuenientia eſt rōne moꝛ
bi: ꝯtra quē circunciſio fuit inſtitu
ta: q̄ erat pctm̄ oꝛiginale: qđ expꝛeſſe
repꝛeſentabat circunciſio: ⁊ q̄ꝫtū ad
cauſam ⁊ q̄ꝫtum ad ꝓceſſum: ⁊ quā
tum ad effectum. Contrahitur eniꝫ
peccatum oꝛiginale p̄ ꝓpagationē
libidinoſam: quam cauſam circun
ciſio repꝛeſentabat ratione moꝛbi: i
quo fiebat: quod deſeruit virtuti ge
neratiue. ꝓceſſus autē fuit circula
ris: q2 vt dicit Anſel. p̄mo perſona
coꝛrumpit naturam: deinde natura
pſonam: quem ꝓceſſum repꝛeſenta
bat circūciſio per circularem pelli
cule inciſionē. Effectus vō eſt ſuper
abundātia ꝯcupiſcentie quē repꝛe
ſentabat ſupfluitas pellis ab iſto mē
bꝛo ſepabat̃: iō non tm̄ cām ⁊ pꝛo
ceſſus ⁊ effectus oꝛiginalis peccati
ſꝫ ēt deletio p̄ circūciſionē ſignifica
bat̃. 2ª ꝯuenientia fuit rōne tem
poris in quo inſtituta fuit circūciſio
Erat. n. quedam diſpoſitio ad ſuſci
piendum legem: et ad diſtinguen
dum populū cui danda erat lex ab
alijs popul⁹: ⁊ ideo anteq̄ꝫ lex daret̃
debat iſtitui. Fuit ēt iſtituta circūci⁹
ad ſignificandū populum qui eſſet
deo pꝛeculiaris: ⁊ ſui cult⁹ mācipan
dus. 3ª ꝯuenientia dicitur rōe
perſone: cui data fuit q̄ fuit Abꝛaā
de quo dicit̃ geneſis 17. Tulit aūt
Abꝛaā Jſmaelem filium ſuum: ⁊
omnes vernaculos dom⁹ ſue: vni
uerſoſq̄ꝫ q̄s emerat cūctos mares
ex oībus viris dom⁹ ſue: ⁊ circūci
dit carnē ꝓpucij ſui: ⁊ Jſmahel fili⁹
ei⁹. 13. annos iplẽuerat tpe circūciſi
onis ſue eadē die circūciſ⁹ ē Abꝛa
am ⁊ Jſmael filius eius: ⁊ omnes
viri illius tam vernaculi: q̄ꝫ emticij
⁊ alienigene pariter circunciſi ſunt
Jpſe equidem Abꝛaam poſt diluui
uꝫ ſpiritualius ſe diuino cultui mā
cipauit. vñ exiuit de t̃ra ſua: ⁊ de co
gnatōne: vt ſe ab īfidelibus ſepara
ret. vt habet̃ geneſis. 12. capitulo. a
quo erat deſcenſurus: qui populus
legem ſcriptam erat ſuſceptur⁹: ⁊ de
cuius genere naſcitur⁹ erat ſanctuſ
ſanctoꝛum. ⁊ hoc ē qđ dicit apoſto
lus Ro. 4. Signum accepit circun
ciſionis ſignaculum iuſticie fidei: q̄
eſt in pꝛeputio. vt ſit pat̃ omniū cre
dentiuꝫ: huic dixerat deus geneſis
12. capitulo. Faciam te in gentē ma
gnā ⁊ benedicam tibi: ⁊ magnifica
bo nomen tuum: eriſq̄ꝫ benedictus.
benedicaꝫ benedicentib⁹ tibi: ⁊ ma
ledicā maledicentibus tibi: atq̄ꝫ be
nedicentur vniuerſe cognatōes t̃re
de cui⁹ ꝓmiſſioibus a deo ſibi factis
plenius ſuo loco dicemus. nunc vō
hoc tm̄ ꝯcludere ſufficiat q̄ circun
ciſionis mandatum Abꝛae deus de
dit: q2 erat fideliſſimus: amiciſſim⁹
⁊ obedientiſſim⁹. ſicut pꝫ legentib⁹
ſacram ſcripturam.

Q2 obſeruatus eſt debitus oꝛdo
in inſtitutō circunciſionis. c. 2.

SEcūda ꝯcluſio dicit̃ obſerua
tionis. Obſeruatus eteniꝫ eſt
debitus oꝛdo in huius ſacramenti
diſpenſatione: quia fiebat cum debi
to inſtrumento. ſ. cū cultello petrino
ſiue lapideo. vñ Joſue. 5º. capitulo
ait. fac tibi cultros lapideos ⁊ circū
cide filios iſrl̃. vbi dicit Ric. q̄ hoc
nō erat neceſſarium niſi in caſu ſpe
ciali. Et ſm̄ Hugoneꝫ libꝛo p̄mo de
ſacramentis. parte. 12. c. 2. Cultelluſ
de petra factus ſignificat xp̄m. de q̄
dicit apoſtolus. i. coꝛi. 10. Petra erat
xp̄s ꝓpter quem ab electis oīs erat
abſcindenda coꝛruptio. Fiebat iſu
per circunciſio octaua die: ut pꝫ ex
dictis in p̄ma ꝯcluſione. Et ſi dicat̃
hoc nō eſt veꝝ: q2 habet̃ Joſue 5º.
Populus qui natus eſt in deſerto:
hic p̄ quadraginta annos in itinere
latiſſime ſolitudinis incircūciſus fu
it: ⁊ poſtea circunciſi ſunt a Joſue i
galgala: ⁊ iſta dilatio circunciſionis
nō ſm̄ legem eis fuiſſe imputata in
peccatum. Reſpondet Ric. ex gloſa
auguſtini: q̄ cum illis fuit diſpenſa
tum inſpiratōe diuina triplici de cā
vt non tenerent̃ circūcidi in deſerto
. ſ. vt habet̃ numeroꝝ. 9º. qñ nubes
eleuabant̃ de tabernaculo debebāt
ꝓficiſci: ⁊ q2 nō p̄ſciebant facturaꝫ
eleuationem nubis: ⁊ nō potuiſſent
ſine nimio grauamine ꝓficiſci: quā
do de nouo eſſent circunciſi: iō diſ
penſatum fuit cū eis: vt non tenerē
tur circuncidi in deſerto: ⁊ etiam q2
diuꝫ erant in deſerto in quo non alij

habitabant cū eis: erant ſufficient
diſtincti ab alijs populis. Quare aūt
circunciſio fiebat octaua die: triplex
rō aſſignari poteſt.
Prima ratio eſt ſm intellectū tro
pologicum.
2ª rō ſm intellectū analogicum.
3ª rō eſt ſm intellectum hiſtoricū.
Prima ratio eſt ſm intellectū tro
pologicū: ⁊ ē iſta vt octo dies accipi
ant̄ p octo que requirunt̄ ad circū
ciſionē ſpūalem.
Primū eſt peccati cognitio.
2m eſt ꝓpoſitū deſerendi malum. ⁊
faciendi bonum.
3m eſt pudor de peccato.
4m eſt timor de futuro iudicio.
5m eſt ꝯtritio.
6m eſt confeſſio.
7m eſt ſpes venie.
8m eſt ſatiſfactio.
In quib᷒ oībus velut in octo di
ebus peccator iuſtificat̄.
2ª ratō eſt ſm intellectum analo
gicum: quam tangit Hugo. li°. pmo
de ſacramentis. c. 2. dicens. Octena
rius in ſacra ſcriptura aliquādo tē
pus reſerationis ſignificat: quod p᷒
ſeptem diebus currit vitam
ſequit̄ aliquando tempus gratie: i
qua quaſi poſt ſabbatum legis eter
na bona deo ſeruientib᷒ ꝓmittunt̄.
merito ģ circūciſio iuſſa ē fieri octa
ua die: vt oſtenderet̄ ꝙ in tempore
gratie corda circūcidenda erant per
emundationē iniqtatis: ⁊ in tpe re
ſurrectōis corpora per diſpoſitionē
corruptionis.
3ª ratio eſt ſm intellectum hiſto
ricū: ſeu litteralem. Nam ſicut dīc

rabi Moyſes maximus phs ⁊ the
ologus iude᷒. puer in ſeptē diebus
tante teneritudinis ē: qnte eſt adhuc
in vtero matris. In octaua aūt die
fortificat̄ ⁊ ſolidatur: ⁊ iō noluit de᷒
ante octauū diē circuncidi: ne ob
nimiā teneritudinē nimiū lederet̄:
⁊ ne parentes: quorꝫ amor p ꝓceſ
ſum tēporis creſcit ad filios: ſubtra
herent filios a circunciſione: noluit
ꝙ vltra octauū diē differreret̄. Sꝫ
circa hoc ꝯtingit dubitare. qr vt di
cit Hugo de ſacris. vbi. ſ. ꝙ alij qui
ante diem octauū decedebant ſalua
bant̄ in fide parentū q ante octauā
diē non debebāt circuncidi. Et ma
giſter ſniarum ꝯtrarium videt̄ ſen
tire di. i. quarti. c. vlt. vbi dicit ꝙ ne
ceſſitate mortis ante octauam diē
circuncidebāt. Ad quorū ꝯcordiā
dicit Ric. ꝙ circunciſio fiebat ex ne
ceſſitate mortis añ octauā diē ſolū
habebat effectū: ⁊ tñ ſi non fiebat ꝓ
pter timorē ne accideret̄ mors pu
eri: puer ſaluabāt̄ in fide parentū
vñ dīc Ric. ꝙ non eſt ꝯſentiendum
magiſtro ꝙ tales peribant ſicut par
uuli: qui modo moriuntur ante ba
ptiſmum. Noluit. n. deus puerū ob
ligari ad circunciſionē ante octauā
diem. Si autem querat̄ quare mu
lieres non circūcidebant̄: aſſignari
poſſunt plures rōes. Prima ratio ē
Alexā. de ales in quarto volumine
ſumme ſue ⁊ Ric. i declaratōe lr̄e. ſ.
qr corruptio nature p quam pecca
tū originale ꝯtrahit̄ ꝑncipali᷒ fuit
a viro q̄ꝫ a muliere. Nā ſi Adā nō
peccaſſet poſtq̄ꝫ Eua peccauerit: pec
catū originale ꝓles eius nō ꝯtraxiſſet

2ª rō eſt eorūdē. quia mulieri
membrum generatiue deſeruiens ñ
ē aptū circunciſiōi: ſicut virile mē
brum. 3ª ratō ſm eoſdē eſt: ꝙ cir
cunciſio data fuit in ſignū diſtincti
uū. ⁊ qr vir eſt caput mulieris: vt
dr̄ ad ephe. 5. iō ſufficiebat ad popu
li fidelis diſtinctōnem ſignaculum
datum uiris. Hugo vō de ſacramen
tis li. ꝑ. pte. 12. aliā aſſignat rationē
dicens ꝙ in ſacra ſcriptura per maſ
culum ſexum animam: per mulie
bre vero carnē ſignificare ſolet: vt
oſtēderet̄ ꝙ illa exterior circūciſio
aīabus ſanctificatōem ꝯtulit: ſꝫ car
ni nō abſtulit corruptōē.
Q ꝯuenient̄ multis rōnib᷒ ceſſa
re debuit circunciſio. c. 3.

Tertia ꝯcluſio dicit̄ ceſſatiōis
vbi de ceſſatōne circunciſiōis
inquirere debemus ⁊ ꝯſiderare ꝑ
maxie tria.
Primum rōnis euidentia.
2m tpis circunſtantia.
3m digna obſeruantia.
Primū ꝯſiderandū dr̄ rōnis eui
dētia. ſ. qua rōne circunciſio debuit
ceſſare ſm illō apo. ad galla. 5. Si cir
cūcidimini: xp̄s vobis nil ꝓderit. ⁊
ad hoc facit Alex. de ales in 4°. vo
lui ſūme ⁊ Ric. vt. ſ. qr ſic apo. pª
cori. 13. Cū venerit qđ pfectū ē eua
cuabit̄ qđ ex pte ē. Sꝫ baptiſmū ē
pfectior medicina q̄ꝫ circūciſio ⁊ q̄ꝫ
tū ad ſignificatōē: ⁊ q̄ꝫtū ad glo
rie collatōē: ⁊ etiā q̄ꝫtū ad amplio
rē ſui oñſionē. Significat enī ſa
natorē morbi expſſi᷒ ⁊ ꝯfert grāꝫ
abundāti᷒: ⁊ et qr eſt ſacramentū
cōe: qr ſibi nō appropriat nec ſexū

nec gentē. vnde ad galla. 3. apo. ait
Quicūqꝫ in xp̄o baptizati eſtis: xp̄ꝫ
induiſtis. nō eſt iude᷒ nec grec᷒. nō
eſt ſeru᷒ nec liber. nō eſt maſcul᷒ nec
femina: oēs vos vnū eſtis in xp̄o: iō nō
ē ampli᷒ circūciſio ꝯueniens nec ne
ceſſaria.
2m ꝯſiderandum dicit̄ tpis cir
circunſtantia. Nā vt dicit Ric. lega
lia habuerūt vtutē ſuā: ⁊ ſuari de
buerunt vſqꝫ ad paſſionē xp̄i: ſꝫ in
paſſione xp̄i vim ſuā amiſerūt. Cui
atteſtat̄ quod dicit ſaluator Jo. 19
Cōſūmatum eſt. tñ poſt paſſionē añ
tempus diuulgati euangelij licitū
fuit illis qui de iudeis ꝯuertebantur
ad fidē ſeruare legalia: nō ſpē po
nendo in eis: ſꝫ ad euitandū ſcāda
lū ⁊ vt lex deduceret̄ ad tumulū cū
honore: ne quaſi ac ſi ſp mala vide
ret̄ repudiaret̄. Poſt tp̄s vō diuul
gati euāgelij nulli fuit licitū ſerua
re illa legalia. Hinc eſt ꝙ pau. vt
hr̄ actuū. 16. circūcidit Thimothe
ū qr nondū erat diuulgatū euan
geliū: ⁊ ne iudeū ſcandalizaret: ⁊ qr
Thimothe᷒ erat de matre iudea: Ti
tū vō qr ſimplr̄ erat gentilis: circū
cidere noluit: vt i circunciſiōe Thi
mothei oſtenderet ſacramenta lega
lia non debere damnari. ⁊ in hoc ꝙ
Titum circuncidere noluit: oñderꝫ
ea nō eſſe neceſſaria.
3m ꝯſiderādū dr̄ digna obſuā
tia. Voluit. n. dñs nr̄ ihs xp̄s dignā
circūciſiōis legē obſuare: qđ ꝯuenie
ter ſatiſ oñdit alex. i 4°. ꝓpt̄ ſex cās
pma cā ē: vt oſtenderet ſe eē filium
Abrae. cui data eſt circūciſio: ⁊ cui
ꝓdictū erat gñ. 22. Bñdicet̄ i ſemie

tuo omnes gentes. Semen aũt iſtð
eſt xp̃s. vt dicitur ad galla.3°.vnde
cuꝫ tota poſterioritas Abrae circũ
cideretur:non crederetur xp̃us eſſe
filius Abrae: nec ille in quo iplẽde
erant ꝓmiſſiones:niſi fuiſſet circun
ciſus.2ª cauſa fuit vt per ſubiectio-
nẽ ſuam non a ſeruitute legis abſol
ueret . 3ª cauſa quia noluit ſoluere
legeꝫ:ſꝫ adimplere ⁊ terminare.4ª
cã fuit vt ſe oſtenderet principiuꝫ ⁊
cãm ſanctificationis que fiebat per
tria remedia contra peccatum.ſ.p
ſacrificia a tempore abel vſque ad
Abraam. p circunciſiõeꝫ ab abraã
vſqꝫ ad xp̃m.a xp̃o p baptiſmuꝫ in
nouo teſtamento. vnde decuit ip̃m
eſſe baptizatũ ⁊ circunciſum ⁊ obla
tum.5ª cauſa fuit vt eſſet frater iu-
deorum : vt oſtenderet ſe eſſe illum
de quo Moyſes dixit. Prophetam
ſuſcitabit vobis deus de fratribꝰ ve
ſtris ip̃m audite.deutero.18. 6ª cau
ſa fuit vt iudei occaſionem haberẽt
ipſum non recipiendi: niſi eſſet cir-
cunciſus. Uide ergo o rationalꝭ cre
atura quanta fuit hodie humilitas
incarnati filij dei. Intuere quãta ſit
charitas eius qui non ꝓpter ſe:ſed
ꝓpter te voluit circuncidi. Contem-
plare qualiter hodie innocens ſan-
guinem cepit effundere. Inſpice qꝫ
do accipitꝰ ex manibus matris : vt
ducatur ad circunciſionem . Audi
mr̃em dicentem ioſeph:q forte euꝫ
portabat. Sit tibi ꝯmiſſus filiꝰ meꝰ
paruulus: vt q̃ leuius fieri poſſit circũ
cidatꝰ. O vgo ſanctiſſima ⁊ de filio
tuo tenera quid facies quando fili
uꝫ tuũ videbis a planta pedis vſqꝫ
ad caput totaliꝰ vulneratũ. ſangui
ne irrigatũ. Remanet in tuguriolo
mrꝰ expectans filiuꝫ circunciſum.o
anima fidelis cõpatere dilecto tuo
quando circuncidebatur:plorabat:
flebat lachrymabatꝰ clamabat dicẽſ
a.a.a.quaſi anima mea ꝓpꝰ tua pec
cata hanc penaꝫ ſuſtineo: ꝓpter tua
peccata ſanguinem fundo o aĩa:ſed
multo maiora ꝓ te facere ſuꝫ para
tus: qꝛ amore tuo langueo : amore
tuo vulnerari ⁊ crucifigi ꝯcupiſco.
Sꝫ tps expecto ꝯueniẽs ⁊ idoneũ
Reportatur filius matri: quem plã
genteꝫ pre dolore ip̃a ſtringit ad pe
ctus:conſulatur eum blanditijs vir
go piiſſima: ⁊ lacte paſcit virgi-
neo ei tũ dicere poterat ⁊ non ſine
lachrymis. O ſacratiſſime fili:in q̃
nullũ reperietur peccatum:hodie ꝓ
pter peccatores tãquã peccator es
vulneratꝰ:hodie de tuo corpore cuꝫ
dolore ſanguis effluxit. hodie vio-
lentam penaꝫ ꝓ hominibus ſubire
cepiſti.o fili mi delicate.⁊ huiuſmõi
vbis dilectuꝫ Ieſum oſculãdo allo
quebatꝰ. Nos vero matreꝫ cũ filio
veneremur:ipſamqꝫ mr̃em deprece
mur humiliter vt dignetꝰ filium ſuũ
nobis ꝓpicium facere per meritum
ſue circunciſionis:qui eſt benedictꝰ
in ſecula amen.

In feſto epiphãie.ſmo de eadẽ.
Eruct'.28. Ieſum adorant reges.

V Idimus ſtellam eius in
oriente:⁊ venimus ado
rare euꝫ. Scribuntꝰ hec
vba Mat.2.c.⁊ in euan
gelio p̃ntis ſolẽnitatis. Ne putarẽt
homies xp̃m non eſſe deum : huius
natiuitas a paſtoribꝰ tanq̃ꝫ a ſimpli
cibus fuerat reuelata: aduocati ſũt
reges ⁊ ſapientes p̃moniti miracu
lo nouo ſtelle apparentis:qui xp̃uꝫ
natum in hieruſalem querũt adora
re:ip̃mqꝫ ibi non inuenientes nõ de
ſiſterunt accepto ꝓpoſito exeuntes
hieroſolimã ſtelle ducatũ ſecuti ſꝰ:q̃
